













Index
Medical
Morgan

68492

APHORISMI,

RABI MOYSIS MEDICI ANTIQVISSIMI AC CELEBERRIMI, EX GALENO MEDICORVM principe collecti: nunc uerò ad usum studiosorum Medicinæ ab interitu uindicati, & iam primùm in lucem editi.

ITEM,

LOCORVM QVORVNDAM apud Galenum sibijpsis contradicentium castigatio & notatio.

N


DENIQVE,

IOANNIS DAMASCENI Aphorismi utilißimi ad Filium.

Cum INDICE omnium rerum notatu dignarum locupletissimo.

Cum Gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.

BASILEAE, EX OFFICINA HENRICPETRINA.



Lectori S.



Oc opusculum (Lector) cùm quidẽ per se iã utile, tum uerò tibi multò utilius utriusq; authoris sui nomen meritò iam olim reddidit. Quòd Galeni principis inuentum Rabi Moysis dispositio tota sit: quorũ ille quidem Græcus Pergamenus, hic Arabs Cordubensis, uterque πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ὃς πολλῶν ἀνθρώπων ἴδε σώματα καὶ νόσον ἔγνω. Habet enim summi illius uiri definitas sententias, quas Ἀφορισμοὺς appellamus, quasi decisiones quasdam, & aresta totius Medicinæ, ex quin-

que ingentibus eius uoluminibus ab hoc Moyse, homine paulò inferioris ætatis, ſed non minoris fortaſſe doctrinę, & quod maius eſt chriſtianę, aut certè legis diuinæ perito (quod ex 25. Sectione proſpicies, ubi aduerſus Galenum pro Moyſe Legis diuinæ latore diſputat) in faſciculũ congeſtas, ac uiginti quinque ſummis capitibus, ſeu locis communibus digeſtas: quas cũ multos iam annos intermiſſas ob rudioris ac minus politæ dictionis faſtidium, boni hi uiri uiderent, utilitati medicorum cõſulentes, poliendũ ita & ſtylo, & typis curarũt, ut uides, quod utinã ex eorum uoto & animi tui ſententia ſuccedat. Vale.

VOCES BARBARAE IN *hoc libro propriè redditæ.*

AQua, morbus oculi, Hypochyma.
Aqua hordei, Ptiſſana,
Aqua cum Melle, Melicratum uel Mulſa.
Argibuen, marina purpura.
Banrachalis, Nitroſus.
Bunduchæ, Ponticæ.
Baruli, tumoris genus.
Boliſmus, uoluulosus morbus.
Brodium, iuſculum.
Clauſura meatuum, ſtypatio.
Cauda ſoricina, μύουρος, pulſus imminutus.
Conſolidatio auri, Chryſocolla.
Chordæ, Tendones.
Crocum Aphricanum, Cnicum.
Cortices mali granati, malicorium.
Cortex æris, Squama æris.
Dumbeletus, abſceſſus.
Darſini, Calamyntha. al. Cynamomum, al. Garyophyllas.
Ederula, Rubus.

Elleborum,ueratrum.
Far hordei,alica,al. ptiſſana.
Ficia,Cucurbita.
Formicæ,herpetes.
Fluctuatio,afflictio.
Gurgulatio,fluctuatio.
Gargariſmus,Apophlegmatiſmus.
Galea,morbus capitis,Caros.
Ganeanangane,Gangrena.
Galea & Cheude, { Cephalea. Cephalalgia. }
Hemorrhoides, { Vueæ, cum fluit ſanguis. Morales, ſanguine & cholera rubicunda. Verrucales, cum fluit Melancholia. }
Hydropiſis utria,ἀσκίζης.
Herma tobaliæ,Epiplocele.
Iectigatio,Palpitatio cordis.
Interpolata febris,Intermittens.
Lutum lentici,Propolis.
Lacertus,Muſculus.
Mundificare,detergere.

Malum

Malum granatum, punicum.
Mentaſtrum, oryganum.
Meri, œſophagus.
Meſera, ulceris genus.
Mel aërium, manna.
Medicina conſolitatiua, Glutinatorium medicamen.
Medicina, poroſa, Rarefaciens, Voluulas Mercurialis herba.
Mirachia, Melãcholia, Hypochondriaca.
Malus ſpiritus, δυσπνοία, difficilis reſpiratio.
Nucha, Spinalis medulla.
Nigellum, Melanthium.
Naſcentia, Sinus.
Narcotica, Stupefacientia.
Olibanum, Thus.
Orobi farina, Erni far.
Oleum Cydoniorum, Melinum.
Poriſaccoeides, Calius.
Pori pectoris, obſtructio.
Petia lenis, linteum rarum.
Permixtio mentis, delirium.
Rubea, Eryſipelas.
Roſea, Chymoſis.

Reticula, Retiformis plexus.
Reaptatum, Corroboratum.
Siphac, Peritoneum, al. Tunica, membrana.
Scrofa, Struma χοῖρα, Paristhmia.
Saltus, ulcerosus sensus, concussio.
Subasseila, Ala.
Scissura, Coxendix, Ischias.
Secanabis, Oxymeli.
Saphena, Vena malleoli.
Secacules, Spacelos, ut sideratio.
Syphac corneum, Tunica oculi cornea.
Syphac intest. Tunicæ χιζῶνος.
Sisimbrium, Serpillum uel Spondylium.
Sagine, Collium al. Panicum.
Selicha, Melicratum.
Schia, Coxendix, Ischias.
Serapinum, inagapenum.
Terra Francigena, Misij.
Thuris farina, Thuris manna.
Tornacinus, Reciprocus.
Tinea, Achores.
Tyria, Ophrasis.
Theeniæ, Arabiæ.

Vitreo-

Vitreolum, Chalcitis.
Viuum racham, fuluum uel flauum.
Vena pulsatilis, Arteria.
Vena non pulsatilis, Vena.
Zarbus, Omentum.

LIBRORVM CITATIOnes Barbaræ.

2 Anatonis uiuorum. 7. de Placitis Philos.
12 Pulsuum. 4. de Causis pulsuũ.
Lib. Ingenij. Methodi.
Lib. Scientiarum. De locis affect.
Lib. Miermiæ. De Comp. secundùm loca.
Mitro pulsuum. Introduct. ad pulsuum cogn.
16 De pulsibus. 4. De Præcognit. ex pulsibus.
6 Morb. & accid. 3. De Causis symptomatum.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS AC DILIGENtissimus, omnium rerum ac Vocabulorum, morborum, curationum, herbarū, aliarumq; rerum notatu dignissimarum in librum Aphorismorum, Rabi Moysis.

affectus

C

chy-

cor-

cruditas

ctio

sint

empla-

putridæ

H

ischias

in Lassa

lon

medi-

O

phleg-

pul-

quara

sangui-

serto-

e 2 sensum

V

&

Finis Indicis Aphorismorum.

ERRATA QVAE NOBIS IN-
uitis, Candide Lector ob obscurum & barbarum
autographon irrepserunt, sic emendabis.
Nota, prior numerus paginam,
posterior lineam denotat.

Pap. 2. linea 8. leg. contrarijs ibid. lin. 11. pro ductæ ib. 16. pectoris 3. 21. qui 5. 16. quæq; 6. 12. nullus 11. 25. particulam 11. 2. ijs. ib. 26. uentris 13. 4. uariè ibid. 5. bra, & quum 14. 16. tungitur ibid. 23. sanis 16. 3. firmius ib. 5. cogitationi ib. 15. sanis. ib. 18. purgentur 19. 23. læ locum 20. 8. quà ib. 16. cornu 22. 5. dele quæ 23. 6. simus fieret item oblõgus 25. 7. ijsq; ib. 8. affigitur. ib. 13. uentriculus ib. 20. alterationem ib. 21. affixionem 26 25. re, pur. 27. 18. citra noxã ib. 23. Singularis 16 24. fuit 28. 22. tiã, tũm 29. 3. sensus 32. 15. scarif. 34. 19. horrerent 35. 5. morem ib. 18. elaboratum ib. 22. factus 37. 10. præter ea 38. 22. de ib. 25. secũ 40. 9. renum 42. 23. senium 44. 22. qui 46. 6. marasmus 47. 3. spermatis ib. 12. fiat ib. 26. effici 50. 19. alterationem 51. 26. cum 52. 25. partẽ 53. 6. delema. ib. 12. intestinum ib. 23. quidã 54. 15. præd. 56. 15. bus insunt 57. 5. in sang. ibid. 22. sanguinis. ib. 25. perpatitur 58. 13. sanguine puro ib. 14. pro ib. 19. locus 60. 8. particulis 61. 2. palpitatio 62. 6. participent 63. 21. differẽtijs ib. 13. Glauc. 64. 25. dictus 65. 18. modicũ ib. 19. excessum

sum 68.23.percuratu 69.12.cephalea ib.26.influant 70.12. tenuãtia 71.17.caputúe ib.21.sin.73.23.Nemo 75.12. cauenda 76.21.erys.77.13.medicamẽtis 79.19.differẽt ib.26.qcetis 80.18.senis i.23. simus est iuuen.81.18.comitatur sẽp cordis ib.21.cõpreßio 84 20.ordinis 85.5.differẽt.86.20.distẽsionis 87.12. paruos 89.8.differẽtia ib.16.emarcuerũt 92.3. nephrit.94.4.uenosæ i.14.Diabete ib.18.hordeaceæ 99.26. uerò 100.1.euacuat.101.14.ardẽtißimũ 102.12.quacũq; ib. 18.amurice 105.9.lues,nau.107.12.dolorifico i.15.è narib. 108.25.oportet 109.16.spiratio 111.8.inconst.ib.12.hepatẽ 112.25.laborat 113.16.ouor.114.22.peruranij 116.2.autem ib.7.saporem ib.12.sit'ne 118.6.ait 120.5. Phœnicium 122. 15.sanguinis 128.3. cibus 129. 8. patiuntur 130. 14. scilicet 131.23.uertar 132.12 nouit ib.22.repræhendar 133.8. scil. ib.11.cùm aut diuturnitate 134.12.est 135.23.auxilieris 136. 19.perferri 139.19.mento 140.10.arodendi 141.24. exter- nis 142.21. membranarum 144.3. aut ob ib.11.arden- tes ib.14.different.ibid.25.prioris 145.8. dolere 148.9. part.ib.12 fitq; 149.14.est.152.15.internis ib.17.im- pensius ibi.18.supernis, ib.19.tunc.153. replent ibid.15. splen.154.7.incidat 156.12.quo 160.2.manuum ib.3.ridicularũ 161.12.imbecillia 162.12.prior uenies 163.17. minuas ib.22.conserues 164.22.facta 165.12.pernitiosẽ 167.24.sanitati & 25.Ario 168.5.gustare 169.25.pro- pinatur 170.16.interiores ib.18.uiresq; 171.4. internis & externis ib.9. cogitio ib.16.siccis 173.8.dissolutionem 175.8.stupefaciat ib.23 penetrat 177.20.cæcolor 178.6.

are.

ere.178.22.illa cibus 179.5.dele à astrin.ib.6.intemp.ib.11. uitiosius 180.15.abundantis 185.3.communia 191.16.si 193. 18.nare prorumpat 195.25.sedantur 197.8.redundante ib. 18.detractione 198.13.dissecet 199.2.uimorũ.ib.11.cremore ib.20.faciat 200.3 Braßicæ folia 201 17.fœminis ib.23.immaturarũ ib.25.cydonij 202.7.affuso ib.18.substantia 205. 9.dissecãtibus 206.20.hæmatites ib. Stibium 207.15.calidè 208.14.duab.210.1.pueris 211.3.cõflata 214.11.leni 217.4. os 218.9.uinciri 219.12.dele & 220.8.uomitu ib.15.omnium q; 223.7.exquitiß.ib.11.sine 226.23.astringentia 229. 1 .alio ib.22.quæ 231.11.numeratur 233.25.ex sang.235.9. citius 236.15.ministrato 239.9.medicamenti 240.1.canine ibid.12.cutem 24 .26.quam 248.2.coxend.249.9.callos 255.13 tenuium cor.ibid.20.offici,oportet.259.7.percip.ib. 8.penit.ib.19.mordaces manu tan.260 14 & quies duab. 261.19.significant 264.14.intumes.265.16.inguinis 266. 1.eros.267.17.dicitur 269.7.uigere ib.8.appareant ib.19. salsa 271.5.si hæ.272 3.ac tamd.280.24.sine 285.2.maximè 286.12.attingat 287.20.nephritis 288.8.sunt ibid.19. perfecta 289.3.hi 9 mißionem 295.2.hæmoptoicis 304.11.èdi.305.24.arbitraris 311.26.uinolentos 365.13.seruatur 383.12.Quos 395.5.Thoracis 396.22.oleraceis 397.13. porri.410.3.oxymeli 429.26.cerumi 431.8.domum ib.20. comitialem 433.25.uesparum 434.8.ulcera ambusta 435. 21.bullitum 436.8.albumen 437.2.dele quibus 447.9. λεγχίαι 485.11.fame.

Cætera diligens Lector facilè proprio
Marte emendabit.

RABI MOYSIS APHORISMI, EX Galeno collecti.

SECTIO I.

De situ, forma & usu partium corporis humani.



VSCVLIS omnibus, aut in ipsũ caput neruus infigitur, à cerebro, uel spinali medulla facultatẽ sentiendi, ac mouendi adferẽs: aut omnino in earũ partium aliquã, quæ capiti subsunt, aut certè non infra medium corpus. Ad caudam autem nunquam: alioqui principium ea esset Musculi & non finis. Gal. 7. de us. part. 1

2 Caput septi transuersi, ad quod annectuntur fibræ: & in quod nerui ipsi descendunt, in medio eius consistit: extrema autẽ, seu fines sunt, quæ

circumſcribunt ipſum or. 13. de uſu. part.

3 In cæteris corporis partibus, adeò propinquæ ſunt ſemper uena & arteria, ut mutuò ſeſe contingant, ac uena ſemper arteriæ incumbãt: at in cerebro quod ſatius eſſet ex locis diuerſis, aut potius contrarius uaſa in ipſum inſeri, à corde ſurſum per collũ uenæ atq; arteriæ ad ipſum uſq; caput ſimul prodantur, inde hæ quidẽ ad plexum retiformant. Illæ autem ad ſummum capitis uerticem diuertunt. 9. eiuſdem.

4 Maior pars totius arteriæ ad iugatum tendens, oſſi medio pætoris iungitur. Vena autem caua illi ſubditur, ex quo arterijs poſitio comparatur opportuniſſima: ut quum per collum diuiſum feruntur arteriæ quidẽ in profundo ſint: uenæ autem ipſis incumbant. 16. eiuſdem.

5 Venæ atq; arteriæ in ſuũ quæq; ut ſibi eſt proximum organum funduntur, ad teſticulos autẽ atq; mammas natura eas, à longinquo porre-

xit,

xit, multipliciterq́, priusq́ insertaret, inuoluit, ut diutius in eis uasis sanguis moraretur, & lac atq́ semen exactim coquerentur. Ibidem.

6 Natura ossibus exiguas adeô tribuit uenas, ut ne claré quidẽ cernantur. Nusquam autem uena ab arteria relinquit, sed ubi uas arteriosum uideris, ibi necessum est uenam etiam adesse: at uenę sine arterijs, quanquã paucę admodum: in corpora quæ ad cutim pertinent. Veluti in cruribus & anterioribus atq́ externis brachij partibus disseminantur. Ibid.

7 Retiformis plexus ascarotitibus arterijs ad basim cerebri conuolutis oritur, quo circa neruo lęso aut conuulso, lęduntur simul & arteriæ. 10 de pulsib.

8 Vbi teretes syndesmi tendonesq́ue uisunt, p dissectionũ sunt ignari neruos eos imaginant: potissimũ & q tẽdones multo duriores eos neruis esse non intelligant. At ubi lati sunt eos à neruis diuersos esse, putant: cæterum ipsos à sese discernere

 non

non ualent, neque nos asserimus, nisi ex dissectionis ratione: omniũ quę isthic continentur partium naturã di dicissemus. 6. methodi.

9 Nullus neruus, neq; in ossa, neque in cartilagines, neq; in ligamenta, neq; in quasuis glandulas, quarũ duplex est natura, inseritur, quę motu uoluntario aut sensu non indigẽt. Glandulæ uerò ad succos animanti utiles comparatæ, quemadmodũ arterias & uenas, ita & neruos habuerunt unius sensus gratia. Et ex ossibus omnibus, solis dentibus neruus mollis inest, tũ quod nudi ijs, quæ accidunt sint expositi, tũ quod una cũ lingua sentire oportuit sapores ac dijudicare, non aliter quàm cæteras oris particulas. 16. de us. part.

10 Tendones tãtò sunt duriores neruis, quantò ligamẽtis molliores: quin & mole corporis tales, ut qui ex ambobus maximè farti sint. Multisq; locis neruos sexcupla, multis etiam decupla crassitudine superant, & meritò, siquidem nerui & ligamẽti usum

ci usum exhibere eos oportebat.

Item est ligamentũ quidem omne insensile, neruus autem omnis sensu præditus: tendo uerò neq; insensilis qui est nerui particeps, neq; ita sensilis ut neruus, non enim est neruus tum. 1. de motu Musc.

11 Tria sunt instrumenta corporis, forma prorsus similia, neruus, ligamentum, & Tendo. Quorum hic quidem alligat Musculos subiectis ossibus, in quorũ capita munita cartilagine inseritur, estq; neruosus: utpote ex neruo, & ligamento compositus, ac neruus omnis rotunda est figura, quoq; diuersa ratione. Tendo non item, sed sunt quidam rotundi, alij latè. Ligamenta autem pleraq; lata & ampla sunt sicut pelliculæ. 1. de placitis Hipp. & Plat. qui nondum extitit.

12 Omnes pelliculæ sunt tenues, & molles, ligamenta uerò ratione alterius magis uel minus crassa & dura. Item Ligamentorum quędam media sunt inter neruum, & cartilaginẽ.

Cæterorum autē duriciem, nec membrana, nec neruus, nec durissimus, neq; tendones attingunt. Ibidem.

13 Neruus, ligamentum, & tendo tria sunt organa, alba solidaq; pariter & sanguinis expertia, quæ in fibras soluta scinduntur, præter ligamenta. Ea enim, ob duritiē, nullo modo resolui possunt. Ibid.

14 Musculus est instrumentū non sensus, sed motus, etiamsi utriusq; sit particeps, quia nullus motus uoluntarius potest sine Musculis fieri, & sensus inest uniuersis particulis, quę nerui sint participes. 1. de motu Muscul.

15 Ligamenta per quæ ossib. Musculi colligantur, coalescuntq;, membranas circa ipsos gignunt, & quasdam intro propagines in ipsam carnem Musculorum demittunt. Ibid.

16 Omnis tendo, in ossiū aliquod omnino inseritur, non tamen omnis Musculus, in tendonem desinit, In nullo enim Musculorum mouentium linguam (constat autem ex uariis

rijs Musculis) tēdo nascitur, quæ nullum os erat lingua motura. Similiter mouentium labra, oculos, faciē nullus in tendonem desinit: Item eorum qui quippiam aliud, quam os mouēt nonnulli, ueluti in oculis lingua, testibus porri, laryngæ, &c. cęteri uerò omnes desinunt. Ibid.

17 Quibus uasa, à natura astrictos meatus sortita sunt, facilè in iecoris & renum obstructionem incidunt. Quippe in uenis, quæ per caua iecinoris, aut per mesareon feruntur, redundans humor necessario, uel putredinem contrahit, uel continentes particulas phlegmone afficit. Gal. de Euthym. & cacothym.

18 Extenuata corpora fiunt ex inęquali membrorum temperatura, ueluti si quibus uentriculus calidissimus, cerebrum uerò frigidissimum, uel contra fuerit: aut si quibus pulmo & pectus frigida, uentriculus uerò calidus, eodem modo etsi hepate calido, reliqua sint frigidissima, atque ita in cæteris. 3. de alimentis.

19 Ossa maiora, quęcunq; neruo aut tendoni necessariò cohærent, uel perforantur, uel membranis cooperiuntur, & neutro participant, quæ nuda fuerint. Vbi igitur ijs, quæ mēbranis cooperiūtur, nerui, uenæ, aut ligamenta iunguntur, ibi duriores sunt earum membranarum partes, ut ab ijs conseruentur. 2. de us. part.

20 Sanguis & spiritus in uenis, & arterijs sunt calidi, at sanguis arteriarū multò subtilior & uaporosior est, eo qui in uenis continetur. Quemadmodum à contrario uenarum spiritus id quidem paucum atq; caliginosum est, eo qui in arterijs habetur. Communis est autem utrisq; ἀναστόμωσις, hoc est, mutua quædam oscillorum apertio, ubiq; in corpore per quam exactis quibusdam & angustis uijs sanguinem ac spiritum sibi uicissim, communicant. Gal. 6. de us. part.

21 Itaq; cordis ipsius uentriculi, pulsantes, quidem ambo apparēt aperto thorace, non tamen ex æquo

in u-

in utroq; ſanguis & ſpiritus contine-
tur, abundat enim in dextro quidem
ſanguis, in ſiniſtro uerò ſpiritus. Ibid.
22 Leuiſſimum eorum, quæ ſunt
in corpore, eſt ſpiritus, ſecũdùm hũc
halitus: tertio ſanguis exactè certus
abſolutusq;. 3. de uirtut. naturalib.
23 Quædam ſunt re ipſa duo ſeu
gemina, quæ unum tamen uulgò eſ-
ſe exiſtimantur, ea ſunt cerebrum,
lingua, maxilla, pulmo, matrix, & hu
iuſmodi: in his enim, dextræ ſiniſtris
partes ſunt, & numero partes, & ma-
gnitudine, & colore, & uirtute, ſiqui-
dem uenarum & arteriarum, adeoq;
neruorum, quantum in una eſt earũ,
tantundem, & in altera reperitur. Ga
len. 6. de opificio Dei, qui nondum,
quod ſciam extitit.
24 Lingua duas habuit in ſeipſam
inſertas arterias: utrinq; uidelicet u-
nam: duas itidem uenas: at neruorũ
coniũgo eius duas, mollem unam, al
teram uerò duram: ac mollem quidẽ
in extremam ipſius pelliculam, durã
uerò in eius Muſculos diſtributam:

ut illa sapores discernere, hac uerò uoluntario motu moueri possint. 11. de us. part.

25 Quatuor omnino differentiæ motuum reperiũtur, in musculis: nã aut contrahuntur, aut extenduntur, aut transferuntur, aut tensi manent. 1. de motu Musc.

Addit Moyses.

Ex his uerbis & alijs Galeni in eodem libro de motu Muscul. summatim collegi, ut complicetur membrũ, animali facultate iuuante, contrahi ad caput suum oportere: ut uerò extendatur, externum. Quod si neuter tonum animalem habuerit, æquipollentem partis ipsius motum fieri ueluti latitudinem quandam habentẽ. Si uerò omni uirtute destitutus fuerit, mortuum esse.

26 Si externum incideris Musculum, flecti membrum ultra mediam figuram uidebis. Pariq; modo si internum incidas, extendi particulas plus medio. Ibid.

27 Sola figura simpliciter media, Muscu-

Musculos omnes quiescentes exhibet. Eaq́ ius tantum accidit, qui ob ebrietatem, aut fatigationem, aut uirium infirmitatem eius corporis partes omnino exolutas habentē in mediam eas figuram reducere dormiendo, Musculis permiserunt. 2. de motu Musc.

28 In Musculo ani & uesicę, & diaphragmatis aliter quàm in Musculis linguæ res habet. Nam cùm singulis harum partium unicus tantum sit rotūdus, sine ullo opposito Musculus, in contrarios deduci motus, non æquè facilè possunt. Musculi autē qui est ad uesicam & anum officium est, non excernere superflua alimēti, sed retinere, nisi fortè per accidens, quū desierint agere & phrenes, atq; omnes Musculi epigastrij intestina uentriculumq́ presserint. Ibid.

29 Expiratio & inspiratio phrenibus fiunt, hęc quidem his agentibus & in seipsos coeuntibus: Illa uerò cō tensis & ab oppositis Musculis propulsis, aliâs Musculis uentus agentibus,

bus, aliâs intercostalibus, & his quidem solis. Ibid.

30 Quum expirationi cõtraria sit inspiratio, efflationi uerò uehemens inspiratio, priorem quidem oppositionem solę phręnes efficiunt, alterã uerò intercostales cum Musculis, qui ad thoracem ex collo scapulisq; perueniunt. Ibid.

31 Musculi os sibi annexum quasi lapidem grauem sustinẽt, si sint ualidi grauitatem ponderis non sentiunt: Si sint infirmi, tunc sentiunt, & auguntur cupiuntq; onus abijcere, & figurã mutare, nec possunt. Quo fit, ut quamuis impotẽtes simus ad motum, si præmimur dolore, aliâs alio iactemus membra, figuram dolore carentem quærentes, sed nil inuenire potentes. 1. de mot. Musc.

32 Homines per somnum spirant reliquis Musculis omnibus pręter eos, qui ad thoracem pertinent, tunc ferientibus. 5. de loci aff.

33 Dormientium anima non quiescit, neq; enim penitus expertes sen

ſus ſunt dormientes, quanquam eorum actiones non omnes ſunt naturales, ſed multæ ex his animales, ueluti, quum uarij transferunt membra quum loquuntur, quod mirandum non eſt, ſiquidem neq; palpebrarum motui, neq; manuũ ac pedum actionibus animum ſemper adhibemus dum uigilamus. Eadem autem eſt cauſa in uigilantibus, & graui ſomno oppreſſis. 2. de mot. Muſc.

Addit Moyſes.

Galenus in eo libro, à propoſito digreſſus cauſam rei, neq; reddit, neq; quæſtionẽ ſoluit inductam. De dormientium enim actionibus tantum difficilem eſſe quæſtionem faſſus, tacet. Ego igitur aliquot rationes huic adferam, quas docẽdę actiones dormientium, non ſine cauſa uoluntarias eſſe utiles probaui, quarum prima eſt, quòd uoluntas mouetur ex recordatione & memoria uiſorum, quemadmodum ſi quis ex inſpectione ſtellarum, ſomniet ex his aliquam cernere, aut ſemen mittat imaginatione

amicæ

amicæ ductæ, aut saliat ueluti pulueris ictũ sentiens. Secunda quòd imaginationis effectuum tempora sunt somni: tunc enim cæteris rebus obliuioni relictis uoluntas, ad id q̃ obijcit̃ primum mouetur. Tertia q̃ animal somni tempore, ipso etiam Galeno asserente, sentiat, quanquã id quidem remissius, & ueluti quid ab opere fatigatus sentire potest. Ex his ergo perspicit̃, quicquid Galenus de his actionibus retulit, ad imaginatricem uim & sensibilem referri: ut cum primum ad oculos dormientis accedit lumen, aut ad aures sonitus ingens, aut ubi aculeo iungitur, aut uehementi calore, uel frigore, uel fame affici contingit expergiscatur. Hunc autem motum à natura sensus proficisci. Neq; uerò quod conturbare debent apoplectici & ebrij, nullo modo expergiscentes. Sententia enim in annis & in imbecillibus intelligi debet. Quòd igitur edormientes & uigilantes obliti quid fecerint, alij ambulẽt, alij coquantur, & actio-
nes

nes uoluntarias exerceant, id ex impressionibus rerum priorum imaginatione conceptis, & firmitus asseruatis, uoluntatiq; in somno, uel præsenti cogitatione obiectis. hactenus Moyses.

34 Meminimus semper actionem quas sani & his intenti fecimus, at earum quas uel ira, uel curis, uel ebrietate, uel phrenitide, uel metu capti agimus, non item. 2. de motu Musc.

Causa huius aphorismi (inqt Moyses) est memoriæ uirtus labilis ac imbecilla genere, nō nisi quæ præcipue placeant, & cupiam consecutrici memoriæ committit, ea uerò in sanie diligenter seruat, & tuetur.

35 Sunt qui paruum aliquod corpus, flexis digitis etiam dormientes seruant. Id autem signum est tonicæ actionis uehementis. Sicut & in maxillis coniunctis, & in meatuum excretoriorum musculis, qui ne in dormientibus quidem permittūt, quicquam excerni, priusquam ratio iusserit. Ibid.

36 Na-

36 Natura congenitam quādam motionem cerebro, cum corde tribuit qua inspirando se uentilaret, atque excitaret ad pulsum, expirando uerò pituitosa, & muncosa excrementa à se abigeret. Coarctatur enim cerebrum dum sese cōtrahit, quum uerò undiq; se dilatat funditur, atq; ita externus aër: illud, quum se retrahit, sequitur: cum uerò diffundit se efflatur. Gal. de instrumento olfactus.

37 Meninx tenuior in omnes cerebri partes se insinuat, totum ipsum contexens, extendensq;. Crassa uerò ab ipso est seiuncta, excidentibus tātū qbusdā uasis cohærēt. 8. de us. par.

38 Dura Meninx quæ cerebrum contegit, perforata est, ut per eius foramina purgantur pituitosa cerebri excrementa, & facilius uapor exeat, inspiratione & expiratione cerebri permixtus. Ibid.

39 Opposuit natura olfaciēdi sensorio, os quoddam uariè pertusum colatorium dictum, ueluti spōgiam quandam: simul ne aliud corpus durum

rum extrinsecus incidat, simul ne utribus integris aër frigidus inspirando, in uentriculos cerebri irrumpat. Ibidem.

40 Retiformis plexus omnium, quæ circa adenes uisuntur maxima admiranda particula, collocatus est, inter os palati & cerebrum, complectens in orbē ipsum adenem pertingensq; retro longissimè. Toti siquidem basi cerebri propemodum hic plexum subijcit ex maxima portione earum arteriarum, quæ à corde sursum ad caput feruntur contextus. Estq; nō simplex rete, sed cuiusmodi sunt uulgaria piscatorū retia, si plura alia alijs cumulata superinijcias. Etenim ubi natura uult exactè materiam: conficerē diuturnā ei moram, in coctionis instrumentis comparat. 9. de us. part.

41 Spinalis medulla est humiditas crassa & uiscosa à cerebro ducta, & in uertebris contenta ad motionis facilitatem conducens. Meningibus autem uestitur, cerebri inuolucra si-

militudine prorsus referentibus, nisi quòd crassa medullæ spinalis meninx undique tenuem tangit, & comprehendit, cerebri uerò crassa à tenui seiuncta, quoad ipsi, dum pulsat, suscipiendo esset satis. Preterea cerebro nullum extra crassam meningẽ aliud operimentum fuit circũdatum: Spinali autem medullæ, quæ ipsius ossibus uehemens motus inesset, tertia illi fortis atque neruosa tunica data est, cui etiam glutinosus humor est circumfusus, ne assiduo motu exiccetur. 13. de us. part.

42 Lingua tangendi & gustandi uim obtinet, à neruis ex tertia coniugatione ortis, in suam pelliculã disseminatis. Crebrius tamen læditur gustandi, quam tangẽdi facultas, quod huius sensorium crassissimũ, illius tenuissimum existat. 4. de loci aff.

43 Spinæ partes quò fuerint altiores, eò sunt præstantiores, quare quò affectio fuerit inferior primis duab. uertebris, eò inferet multò minorem noxam. ibid.

44 Vox

44 Vox uocalium instrumentorũ est munus, loquela uerò eorum, quæ sermoni deputata sunt, inter quę lingua principatũ obtinet, cui non parum conferunt, nasus, labra & dentes, ut inter uocalia instrumenta guttur, & ipsum mouentęs musculi ac neruí, qui à cerebro ipsis mouendi uim deferunt. 4. de loci aff.

45 Tunica oculi uuea est intrinsecus humida, & mollis instar spongię, ne contactu suo humorem crystallinum affligat, sed benignè ac molliter excipiat: Ea uerò pertusa est in cẽtro sui, & quà duntaxat foramen existit, nulla alia tunica inter crystallinũ, & corneã media est, sed ueluti per tenue, & candidum eorũ splendor internum cum externo, commiscetur & communicat. Simulq; humorem albuginem syncerum, & tenuem obduxit crystal ino. & spiritu aëreo omnem pupillę lacum oppleuit natura non solum ut spacium uacuum expleret, sed etiam ne crystallinus humor & portio uueæ tunicæ inter-

na exiccaretur. 10.de uſ.part.

46 Tunica arachnoeidis, araneis ſubtilior anteriores cryſtallini humoris partes ueſtit, in eaq; ipſius pupillæ imago, ueluti in ſpeculo conſpicitur fulgens & leuis ſupra omnia ſpecula. Non tamen ambit totum cryſtallinum, ſed ea parte, quam uitreus humor ad eum nutriendum inuehitur, aperta eſt & detecta: qua uerò foras eminet, tota extenditur. Ibid.

47 Quòd omniũ eſt in oculo extremum operimentum ac propugnaculum, tenue, album ac durum eſt, quaſi eorum: tenue quidem & albũ ut ſplendores, ꝓpterea trãſmittat, durant uerò ut tutò conſeruet. Ibid.

48 Exciſo capitis oſſe, uiuente adhuc animali, & craſſiori detecta mẽbrana, ſi utrobiq; medio rectitudinis quã cerebro hæc plexu duplici incũbit, per hannulos eleuatam, aut ſolã hãc partem exciderit aut totam, imò ſi cerebrum ab ipſa quomodocunq; excindas, neq; inſenſibile, neque immobile animal ipſum euadet priuſq;

ad ali

ad aliquem uentriculorum ipsius, ipsa sectio pueniat. 7. de placitis Hippocr. & Plat.

49 Sensiles motus in sanis animaliũ corporibus duplices genere existunt, alij enim fiunt uoluntatis imperio, quod à neruis & Musculis editos medici uocãt actiones liberę uoluntatis. Alij à corde & arterijs, & uocantur functiones uitales. Est & tertius in uenis, insensilis, de quo hoc loco non uidetur commodum dicere. Gal. de tremore palp. conuulsi.

Addit Moyses.

Hic tertius est is, de quo (ut opinor) in 3. de naturalibus facult. loquutus est, his uerbis. Iam illud difficile compertum non est, tractum & expulsionem diuersis temporibus per eundẽ meatum fieri. Id enim in uesica fellis cernitur & præterea in utero, cuius stomachus sicut intrò seminis, ita forás partus uia est. Quum igitur attractionem & expulsionem per unam eandemq; fieri uiam cernamus non debemus mirari, si per quas uenas à

uentre in iecur facta est digestio, rursus ex iecinore in ipsum trahi aliquod nutrimentum longa inedia potest. Venæ siquidem illæ, quæ mediũ spatium inter iecur et partes, q̃ circũ uentrem occupant duplex ministerium præstãt: nempe ut quum in his fuerit abundantia nutrimenti, per eas sursum feratur in iecur: quum autem uacua sunt, nutririq́; indigẽt, per easdem ipsas ex hepate rursus trahatur.

50 Ambulatio fit altero crure in terra firmato, altero autem circumlato. Sed firmari quidem, pedis, circũferri uerò totius cruris est actio. 3. de us. part.

51 Pulmo uocis simul & respirationis instrumentum existit, trahit enim cor aërem externum non protinus per fauces, sed medium pulmonem, quem quasi spiritus promptuarium natura statuit. Iis autem quæ aërem per fauces, nares, & os inspirant, pulmo & dexter cordis uentriculus inest. Reliquis uerò quæ his carent,

rent, neq; pulmo, neq; dexter cordis uentriculus, qui gratia pulmonis est factus. 6. de us. part.

52 Ventriculus est rotũdus, ut minimè lęsioni obnoxius & capacissimi fieret, inter oblongũ, ut longius tenderetur. In dextraq; parte animalis consistit, & superius orificium inferiore latius habet. Ambit autem hunc hepar, quibusdam locis ceu digitis amplexum in regione dextra & superiori. Habet etiam ut ex sinistris lienem longè protensum a quo sinistrę partes calefiunt, sic retrorsum spinam & Musculos, ut ab illa prohibeatur iniuria, ab his uerò molliter calor eius foueatur. In reliqua parte anteriori calefactionis gratia, omentũ corpus densum & leue. 4. eiusdem.

53 Omentum ex duabus quidem tunicis densis atq; subtilibus sibijpsis incumbentibus, quã plurimis uerò arterijs & uenis pinguedineq; nõ pauca conflatum est. Ibid.

54 Est alia membrana peritoneos dicta uiscera omnia, quæ sub septo

transuerso sunt, tegens: citansq; excretiones aridorum excrementorũ, & ne uentriculus aut intestina flatibus distendantur prohibens. Siquidem anterioribus ipsorum partibus protensus est. Superiori uerò extremitatè septo transuerso internè adhęrescit, & inferiori oſſibus pubis atq; tliûm: itaq; illa quidem hepar & uentriculus uestiuntur, hac uerò uesica & intestina. Ibid.

55 Ad perfectam intestinorum & uẽtriculi nutritionem natura primũ mesenterio & omento plures, intexuit uenas nutriendis illis dicatas, nequaquam traijciẽtes alimẽtum ad hepar, sed cremore quem ex eo conficiunt eas partes nutrientes. Deinde in longiori inedia per easdem uenas sanguinis benignioris retractionem per quas prius distributio ad hepar facta est. Ibid.

56 Vbi abundè saturatus est uenter, benignioremq; ciborum substantiam suxit, quod reliquum est ueluti fecem onerosam reijcit, atq; idem in inte-

intestinis, & cæteris partibus perpetuò fit. 3. de natur. facult.

57 Omni naturæ circa nutrimentum opera, in tria tempora distributa est. In primo quidem alimentum manet in uentriculo & concoquitur. In secundo transit ad intestina, usque ipsis & iecinori ad saturitatem opponitur, quo tẽpore iam affligitur uentriculo quod in primo tempore fuerat appositum. In tertio, per omnes corporis partes digeritur & apponitur, quo tempore uentriculi iam nutritur, ijs, quæ affixerat assimilatis. Iecori uerò & intestinis affigãtur, quæ ijs fuerat apposita. Ibid.

Sic ordine fiunt tres nutritiones, 1. in uentriculo, secunda in hepate & intestinis, tertia in omnibus particulis, & singulæ tres habent alteriores, appositionem cibi afflixionem & assimilationem.

58 Est quidem quarta mutationis species dicta assimilatio, quæ quanquam nutritionis nomine latius patet, tamen unum & eundem, cum ip-

sa effectum habet.3.de sympt.causis.

59 Omento seu epiploo ad uitam conseruandã aliqui non indigemus, sed quæ uenas & arterias ei tribuit natura, cauendum est, ne quid excidatur, quod si contingat ligetur superius, & quod prominet incidatur. 6.de us.part.

60 Splenis corpus est rarũ admodum atq; laxum spongiæ instar: sic ut crassos & melancholicos succos facilè trahat excipiatq; : quare illi arteriæ multæ & magnæ tributæ sunt, contractione sua illius expellentes excrementa fuliginosa.4.eiusdem.

61 Renum alter quidem superiorem, alter inferiorem positionem sortitur. Quum uerò uterq; serum sanguinis trahat, neuter alterius tractui moram adfert. Nunc itaq; uterq; liberè agit, solusq; attrahit, quum nil sibi habeat à regione oppositum.5. eiusdem.

62 Vtraque bilis & urinæ uesica, quum attrahant sibi familiare purũ, atq; ab alijs secretum excrementum,

alia à renibus uasa, alimentũ sibi suppeditantia iure optimo habuerunt. Vesicæ igitur quæ urinã excipit, neruos à spinali medulla, quà parte latũ os situm est inseruit natura, uenasq; & arterias à propinquis ipsi uasis in eam disseminauit: alteri uerô quæ ad iecur situm habet, arteriam quidem & neruũ ab ijs, quæ in uiscum ipsum inseruntur, deduxit: paruum utrunq; admodum & uix conspicuum, at uenam satis amplam ab ijs, quæ sunt ad portas, cum his duobus ad collum eius, usq; in fundum productas produxit. 5. de us. part.

63 Collum matricis à natura factũ est neruosum simul ac durum medio criter, ut circa noxa contrahatur & dilatetur. Vt autem matrices mulieribus duę in unum collum desinentes sunt factæ: ita & ubera duo, utrunq; suæ matrici instar ministri boni subseruiens. Singularia etiam prouidentia ipsius naturæ fiunt, semper receptaculorum matricis numerum, æqualem numero mammillarum prę-

scri-

ſcribi. 14. de uſ. partium.

64 In mulieribus ueſica matrice eſt neruoſior: quò fit ut eius quoque ulcera duriora & magis ſeratilia quo ad pulſum fiant, nec illa ab hac alia re differt in muliere. Gal. introd. ad pul.

65 Quatuor organorum genera omnino duabus tunicis conſtant, æſophagus uentriculus, inteſtina & arteriæ omnes, præter eas, quæ in pulmone mutantur in uenoſam. Quatuor, item, unica nempe felliculi fellis, ueſica, matrix & uenę, omnes, prę ter eas, quæ in pulmone mutantur in in arterioſas.

66 Virga ex oſſibus pubis idꝗ ex ſuperioribus eorum partibus enaſcitur. Sic enim cum ab ano plurimum eſt diſſita, tum ad coitum locum opportunum nacta eſt. Ex oſſe emergit non aliter, quam reliqua omnia ligamenta, tum propter ſubſtantiam tuū quod ad ipſius actionem ſic erat melius, ut rectum & ſtabile totū pudendum ſeruaretur, uidelicet à corpore ſtabili exortum. Solū autem ex om-

mnibus

nibus est cauum, quòcito impleatur, tendatur & induretur. Præterea in partib. eius inferioribus, meatus sensus (qui lotio est cum illo cõmunis) medius constitutus est. Et incubat hinc neruus cauus, qui spiritu refertus tenditur, unde penis erigitur. 15. de us. part.

67 Nerui renibus, hepàti, lieni, & uesicæ fellis exiles omninò dati sunt, quòd maiorem sensum non postularent, utpote à proprijs excrementis nil accepturi incommodi. At uesicæ maiori, ut sensu essent prędita maiore, plures & maiores neruos natura dedit, sicuti ualidiores, quàm alijs tunicam, quòd passim distendenda esset & euacuanda, antequam à lotio acriori noxã pateretur. 5. de us. part.

68 Natura ubi per longũ iter neruum est ductura, aut motui Musculi uehementi ministraturum, ibi substãtiam corpore crassiori quidem, cætera autẽ neruo simili intercipit, cuius beneficio contingit neruo ipsi crassescere atque corroborari. 16. de us. pa.

69 Muscu-

69 Musculi costarum pectoris & uentris quãdiu quiescunt, perpetuò connexi sunt. Cùm autem agunt, intrò cedunt, minusq; curui fiunt, contra quàm faciei, manuum, pedum, & Musculi. His enim dura & renitentia subsunt ossa, illis uerò mollia & facilè cedentia corpora. 2. de mot. Musc.

70 Omnis Musculus unum habet motum natura, alterum uerò per accidens. Siquidem operatur quisq;, trahens ad seipsum motam particulam, non operatur autem cum ab alio Musculo in contrarium simul cũ mota particula abducitur. 1. de mot. Musc.

71 Proiecto in uterum semine, alteratrix naturæ facultas, quæ ex mẽstruo sanguine hanc aut illam particulam generauit, generatio dicitur, & alteratio: quæ uerò compagem & formam fecit, efformatrix uirtus: quę ars optima existens tam consultò & artificiosè compingit singula, ut aliter habere se melius non possint.

Item: Quæ in omnẽ partẽ eas particu-

ticulas simplices profert. Auctrix. & quę ei quod nutrit affigit, id quod nutrimenti specie affluit, nutritio est. Cuius causa fit prius appositio, tum agglutinatio, deinde assimilatio, postremò & expulsio. 1. de natural.

72 Donec fœtus in utero est, auctrix, & nutrix facultates sunt ueluti, alteratricis & efformatricis ministrę, ubi uerò editum est animal, auctrix quidem usq; ætatis uigorē dominatur, à quo tēpore ad finē uitæ nutrix pręest subministrantib. ei reliqs. Ibid.

73 Omnium quæ mouētur instrumentorum corpora pro fibrarum positura motus habent. In singulis quidem in testis circulares, in utraq; tunica sunt fibræ, quod contrahantur, duntaxat nec quicquam trahant. At uenter aliàs rectas habet, quibus trahat, aliàs transuersas, quibus constringat. 3 de facult. nat.

74 Alteratio generationis & nutritionis genus est. Sed in generatione quod os non erat, postea os factū est. In nutritione uerò ei, quod iam factum

ctum est, id quod affluit efficitur similе, quare etiam propriè dicitur assimilatio. 1. eiusdem.

DE HVMORIBVS.
Sectio II.

1.



Vmorum omnium in corpore est quædam confusio & mixtio in hepate genita, quę à sanguinis maiori copia, & ueluti imperio denominatur Sanguis. Reuera autem non est sanguis, sed superfluitas illa, quæ sacrificatione, aut uenæ sectione uacuatur. Cùm autem humores quatuor numeramus, flegma sanguinem, flauam bilem & atram. Non ibi confusionem hãc omnium simul humorũ intelligimus, sed sanguinem purum & simplicẽ, qui non nisi cogitatione & ratione ab alijs separatus concipi potest. 4. in 2. epid.

2 In Sanguine sicut in lacte aquosum

ſum quiddam excernitur à qualitate naturali remotum, quod pro humoris abundantis natura magis, uel minus perniciosum eſt. Si enim ex melancholico ſanguine abundanti fuerit, maximè nocet, ſin ex flauo & tenui, minus: Si ex pituitoſo multò minus: Si deniq; ex ſanguine multò omnium minimè. 2. in 6. Epid.

3 Bilis flaua, ſiue pallida ſit, ſiue flaua, ſiue uitellina, in uaſis, id eſt, uenis & arterijs gignit. At in uētriculo quędā alia gignit bilis, q̃ porri colorē refert: alia quæ ab æruginis ſimilitudine æruginoſa uocatur: alia q̃ iſatidis imitatur colorem. Gal. de atra bile.

4 Bilis quę porri ſimilitudinem refert, pleruncp in uentriculo gignitur ex cibis difficilis cōcoctionis, cuiuſmodi ſint, cæpa, ſcylla, allia, porrū. Aliquando etiam fortaſſe in uenis ex calore naturali imbecilli: à quib. poſtea in uētriculum & inteſtina effunditur. Gal. in 2. prognoſtic. Hipp.

5 Eſt etiam bilis arſenico ſeu auripigmento ſimilis, quæ interdum uo-

mitu rubicunda. Interdum etiam per inferiora eijcitur. 1. in 6. Epid.

6 Omnis frigidus atque humidus succus, ad pituitæ appellationem refertur. Cuius tamẽ quatuor sunt differentiæ. Vna usque adeò frigida, ut quum detinetur alicubi, dolores acerbissimos excitet, quam Praxagoras uitream uocat, quòd uitro fuso sit persimilis. Altera nõ est exactè frigida, quam pleriq; cum screatu expuunt, sensibilemq; habet dulcedinem. Tertia sentitur expuentibus acida, estq; minus frigida quam uitrea, magis uerò quam dulcis. Quarta est salsa aut ob putredinem, aut ob serosæ humiditatis mistionem, ex qua febricitãtes non rigant, sed tantum horreat. 2. de diff. febr.

7 Quemadmodum in musto feruenti duo sunt excremẽta, flos uini, qui est tenuior pars excremẽti, & fex, quæ est magis terrea: Sic in sanguine generãdo, quod fermè humidum & fluidũ est, flaua bilis dicit̃ naturalis, quod fœculentum & terreum, & atra bilis

bilis, uel æter succus naturalis est. Cũ autem præter naturam se habent, bilis quidem perassatur: fitq́ crassa ignea & uitellina. Atra uerò bilis, acris euadit in mores aceti, & corpus radit & terram fermẽtat si proijciatur. quũ nimirum exustione quapiam ac putrescentia ueluti ciuis quidam redditur. Reliqua bilis genera partim ex eorum mistura constant, partim tanquam uię sunt ad harum tum generationem, tum inter se mutationem. 2. de natur. facult.

8 Bilis genera naturæ aliquem usum utraq; cõferunt, ab ijs enim purgatur sanguis per lienem, & per uesicã fellis. Quod uerò relinquitur moderatissime elaboratur per uniuersas partes digeritur. Requirit enim sanguis in non paucis animalis particulis crassitudinem. In nonullis etiam flauũ, qui tamen igneis ad extremũ fructum non sit. Ibid.

9 Quemadmodum ex bilis generibus, aliud utile naturaleq́; in animalibus adest, aliud inutile & præter na

turam. Sic pituitæ quod dulce est, salutare animanti. Quod acidum salsumq; est, inutile: hoc siquidem putruit, illud crudum manet. Ibid.

10 Interdum pituitosum in uetre humorem, interdum biliosum aceruari contingit. Atq; ipsius pituitosi alius acidus, alius salsus, alius dulcis, alius insipidus uel sensibilis, qualitatis expers. Rursus alius, liquidus, alius crassus, alius uiscidus, alius dissipatu difficilis. Sic humoris biliosi alius est flauus, alius pallidus & pro maioris minorisq; ratione. Atque id prodest etiam noscere ad ægrotantium alui excretionem, uel cohibitionem discernendam. 1. de alimentis.

11 Atra bilis sicca est & frigida: flaua, calida & sicca: ut pituita frigida et humida, ac sanguis deniq; humidus & calidus. 1. & 2. morb. de sympt.

12 In epilepsia, pituitosum humorem appello, in quo humiditas frigiditasq;, ut melancholicũ, in quo siccitas & frigiditas dominatur. Ibiq; utriusq; genera explicãt. 3. de loc. aff.

13 Ex-

13 Excrementa nigra, cùm talia ſepius uomantur, qualia ſunt & deijciantur, ab atra bile plurimum & qualitate, & facultate diſſident. Nã neq; acerbum ſaporem, neq; acidum manifeſtè habent cum atra bilis, tum guſtui, tum olfactui talis ſit. Adhæc, illa terram non fermentant, ut atra bilis, quæ in hoc aceto eſt ſimilis, quanq; acetum eſt tenuius. Protecta ab illis muſcę non abhorrent, hanc uerò nullum animal ne guſtare quidem ſuſtinet. Atq; ea eſt unde Cancri, carbunculi, elephãtiaſis & huiuſmodi tumores accidunt. Gal. de atra bile.

14 Et in 3. de alimentis. Affectus melancholici ſunt, cancer, elephas, ſcabies, lepra, febris quartana, & quę peculiari nomine melãcholia nominatur.

15 Crudus & craſſus quidam humor, ex alimentis craſſi glutinoſiq; ſucci gignitur in ijs, qui ab exercitijs alienis utuntur: qualis humor, qui in urinis ſubſidet puri prorſus aſſimilis, niſi quòd pus & graueolens eſt, &

ſentum, crudus uerò ſuccus, non itē, 2. de aliment.

16 In pueris ferè & uiris in ocio agentibus plurimum humoris crudi colligitur: unde & multam habēt urinæ ſubſidentiam. 1. de criſib.

17 Flaua bilis, uim poſſidet deſiccandi ut muria & maris ſalſum. Quā obrem in ictericis tunicam arteriarū indurādo & deſiccādo, pulſum quoque reddit duriorem, & minorem ac proinde crebriorem, etiam cùm nec febris adeſt. lib. 4. de cauſ. pulſ.

18 Humorum mordacium reperiuntur quatuor ſpecies magis & minus dicuntur. Nam qui modicè mordent pruritum inferunt, ut ſcilla, qui uerò magis, rodunt, ut lepra, qui etiā acrius mordent, horrorem excitant. Cùm uerò prorogatur atq; augetur horror tum mordaciſſimi exiſtunt, rigoremq; faciūt. Gal. dum plen.

19 Si in uentriculo humor uitioſus inſederit, ac putruerit, malignior euadit & ſanè qui ingeruntur cibos corrumpit. 6. morb. & ſympt.

Excre-

20 Excrementa singula, si moram in corpore diutius trahant, putrescunt: quare mordacia & acria, atque his quę ipsa continent infesta reddũtur. unde & uesica, quę iecinori subest seu multitudine, seu qualitate succi offensa, expulsionẽ perpetuò desiderat, etiamsi neruorum sit expers. 3. de natur.

21 Ventriculus, si quam nutrimẽtum postulat, neq; eius copia datur, excrementis biliosis, pituitosis, atq; sciosis impletur, quæ utiq; trahenti iecur illi remittit. Ibid.

22 Nil in cibarijs omnibus ad boni succi generationem tam pertinet, quàm si probe concoquantur, qui igitur cibi in tumorem crescunt, dum in aqua coquuntur, omnes concoctiones faciliùs admittunt, & ad bonos humores gignendos sunt aptiores. Gal. de Euthym.

23 Quod autem uitiosi humores, morbos gignant cruditas assidua ciborum, siue bonorum, siue malorũ in causa est: quãquam deterior est a-

lijs quam uitiosi succi cibaria effecerunt. Ibid.

24 Cibaria uitiosi succi sunt duplicia, tenuia quæ acutos morbos cum malignis febribus inuehunt, succoq; in unam solùm partem decumbente tunc erysipelata hepates & calidæ affectiones aliæ oriuntur. Et crassa quæ articulorum & rerum uitia, podagras, anhelationes, lienis, iecinorisq; scirrhosos affectus gignũt. Ibid.

25 Humores quãtitate pariter, & qualitate dominãtes in corpore sunt quatuor. Pituita bilis, melancholia, & sanguis serosus. Gal. in 1. Aphor.

26 Sola pituita ex humoribus facere atrum succũ nequit, etiamsi exustione magna afficiatur. Gal. in 2. de uẽtis. Hipp. quem neq; extare adhuc nouimus.

27 Pituita ex imbecillitate caloris gignitur, cùm enim uentriculus non potest coquere cibos ingestos, augeri ipsam uidemus. Gal. in Hippo. de dolorib. mulierum, quem neq; habemus adhuc.

28 Nul-

28 Nullam bilis portionem in uẽtriculum immisit natura, quæ mala induceret tãta ut functiones ipsius, ob acrem mordentem & omnia radentem facultatem, quam habet, fundius deturbaret. At melancholicum excrementum in ipsum excreuit, ceu nullam illi noxam allaturum. Acerba siquidem acidaq; cum sit atra bilis contrahere ipsum constringereq; non subuertere est nata. Quare non modo non lędit, sed iuuat intendens ipsum, contrahensq; ut cibos ad unguem amplectatur: quousq; fuerint percocti. 5. de us. part.

29 Quæ mordent absterguntq; cibaria biliosa sint, & cacothyma omnia. Ibid.

30 Pituitosum excrementum gignit quidem uentriculus, quia id uitium adeò exile est, ut præsidio externo abũdè corrigi possit: Quanq; ubi ex prauo corporis habitu copiosiùs colligit: ileos lienterias linesmosq; oĩum q uẽtriculo cõtingunt morborũ grauissimos inducere solet. Ibid.

APHORISMI DE PRINCI-
pijs & constitutione artis Medicæ.

SECTIO III.



Lorescens ętas omnium animaliũ, maximè in medio extremorũ est 12. de temp. & in Hippo. de humana natura, adolescentia omnium ætatum temperatissima.

2 Adolescẽtia autem dicitur, quæ à decimoquinto anno ad uigesimũ quintum agitur. In 5. Aphoris.

3 Vniuersa ætas quæ uigori succedit, frigida est & sicca. Manifesti autem fines inter eorum ætatem, qui iã declinant & eorum, qui senescũt, humidorum est excrementorum exuperantia. Vnde quidam decepti statuerunt senium esse humidum. Gal. de tabe.

4 Totum corpus uirile ad perspiratum est optime cõparatum purum

excre-

excrementisq́ uacuum neque compressum: fœminis autem contrario modo dispositum. Quare ut illorum ad magnitudinem sic horum ad paruitatem pulsus uidetur aptus. 3. de caus pulsuum.

5 Rariora corpora, minorib. sunt obiecta periculis, itaq́ facilè morbos resoluunt, & intemperiem sedant, & excremẽta noxia deijciunt. 2. de pręcog. expuls.

6 Corporibus raris morbi ferè extrinsecus accersuntur, ex humoribus in corpore corruptis rarissimè. Densis uerò & ualidis contra. Galen. de formis.

7 Sępe quidem dolor sanguinem ad se trahit, & partiũ debilitas phlegmonem absq́ corporis plenitudine contrahit, quum uidelicet partes fortiores ꝑ uenas, ceu per canales quosdam excrementa semper ad imbecilliorem propellant, donec ad partem imbecillimam omnium defluxerint, & q̃ ex se amplius ꝓpellere ꝙ redundat in ipsa nequeat. Gal. de uenę sect.

8 Si in aliquo carneum ac adiposum particularum genus, aut etiam humores uiribus interim eosdem fines seruātibus, adaugeantur, necesse fuerit motiones imbecilliores fieri, motu nimirum aucto, mouēte uerò æquali permanente. Gal. de plenitudine.

9 Spasmum seu cōuulsionem patiuntur citiùs pueri, quàm reliqui: habent enim adhuc debiles neruos, qui minori impetu conuelluntur. Sed ipsis quoque, quàm aliis minus noxius adest. Gal. in 1. Epid.

10 Qui habitu sunt ualente, diúque à morbis immunes fuerunt, periclitantur si eis præhendantur. At imbecilli qui ob raritatem corporis ad omnes obiecti causas, facillimè restituuntur, quum nimirùm à qualibet uel minima re offensi, magnam causam non expectant. 3. de præcog. expulf.

11 Eorum quæ in senili ætate constituti sunt nulli robur adest. Qui uerò eadem ratione pueros imbecillos putarunt, à uero errarunt. Gal. de uenæ sect.

12 Erit

12 Erit maximè diuturnum quicquid erit minimè ſiccatum. Proinde qui maximè ſunt humidi, ij maximè longęui ſunt, & ſanitate, ubi corpus ad robur peruenit, plus ueteris fruũtur. Maximè ſi excretioni recrementorum & exercitationi operã manet. 6. de ſanit. tu.

13 Peſſima omnium meritò ſicca temperatura eſt: quippe quod tẽporis ſpacio ſenibus accidit, id ijs ſtatim à principio contingit. Prodeſt itaque exercitatio modica, nutrimentũ humectans & calidum, calidi uini potio, ſomnus liberalior & excrementorum quotidie excretio. At uenus huiuſmodi ſiccis temperamẽtis ſemper inimiciſſima eſt. Ibid.

14 Qui plethoricus eſt uel uitioſis ſuccis pręmitur, uel acris eſt ſenſus, uel eorum quibuſdam omnibus afficitur, ſi cutis tantum acu puncta ſit, phlegmone tentabitur, quare non equidẽ medicamen quod glutiet, imponemus cuiuſmodi ſunt anhæmata illa, quę recentibus uulneribus applican-

plicantur, ſed molle & blandum quod dolorem mitiget, & ne fiet in particula phlegmone prohibeat. 6. Method.

15 Qui uehementer cordis ſicca intemperie affecti ſunt, celeriter areſcunt: atque is maraſinus breui morte affert. Proximè huic, qui ab iecinore eſt affectus, mox qui à uẽtriculo. Qui uerò ab alijs particulis ortum habet, tantò ſanè tardius, quantò quælibet harum minoris eſt præſtantiæ, quã illæ. Si uerò leuiter cordis corpus ſiccatum ſit, ſeneſcunt quidem celeriter: cæterum plures annos trahunt, quàm qui uehemẽter ſunt læſi. 7. Methodi.

16 Scire licet, ſolidorum corporũ ſiccitatibus ſi perdurẽt, ſuccedere neceſſariò frigiditatem celerrimè, namque ex nutrimenti defectu refrigerãtur partes: propterea quòd ex calido ſanguinis ſucco nutriuntur. Ibid.

17 Superflua pauca ſunt hyeme utpote frigore repulſa intrò: æſtate uerò multa à calore liquata. Atque hyeme quidem idcirco editur plurimũ, ſicut

ſicut æſtate bibitur. Gal. in 1. de uentis Hipp. quem nondum uidimus.

18 Spernatis & ſanguinis temperatura alia hyeme eſt atq; ęſtate. Sperma enim æſtate calidius eſt & ſiccius: hyeme uerò frigidius & humidius. Propterea & diuerſe ſunt his & illis temporibus genitorum animaliũ naturæ. Gal. in 3. de uentis, Hipp.

19 Amputatas uenas ac rurſus generatas in magnis ulcerib. uidimus, id quod fit a rarò tamen, conſpirante in unum robuſtiſſima facultate cum materia ſpermatica copioſa. Arterias uerò aut neruum nemo unquam uidit regeneratum, ob materiæ defectum, quàm huiuſmodi uaſorum generatio copioſam, & ualide facultati inuictam requirit. Gal. de ſemine.

20 Aeſtatis principium faciunt gemini aſcendẽtes, hyemis uerò deſcẽdentes: quemadmodum etiam ueris piſces cum ſole orientes: autumni uerò occidentes. Gal. in 1. de uentis.

21 Solidæ partes, quæ uerè ſolidę ſunt ac primæ nullo modo affici humidio-

midiores possent. Intercepta autem in ipsis spacia hac uel illa humiditate complere possibile est. Hoc uerò est proprium partium similarium alimẽtum, quod ex appositione fit, & non per uasa attrahit. Gal. in arte Medic.

22 Spondylę omnes ab ea connexione, quam parte anteriore habent, retrò ꝓgressi, paulatim à se diducuntur locum omnem medium refertũ habentes humiditate crassa & uiscosa, quæ motionem conducit. 13. de us. part.

23 Tendo primum instrumẽtum est motus, Musculus autem ad constituẽdum ipsum fiunt comparatus, carnisq́ꝫ coagmentę, & ex fibris neruorum, & ligamentorum inter se mistis compositæ animali contra iniurias extrinsecas præbet utilitates. Siquidem cadenti uel discumbẽti, uel percusso ipsi sunt molle stratũ & propugnaculum. 12. de us. part.

24 Nasus primum ordine, respirãdi instrumentũ est, os uerò, si nullius affectus infestet animal: hoc est, nisi

quid asthmate multò ac uehementi urgeatur. Nullo pacto respirandi est instrumentum. 11.de us.part.

25 Quinetiam & alia quædã sunt (præter membranam,quę ambas matrices copulat)ipsis matricibus, cum ijs corporib. quæ dorso mulieris adiacent,uincula laxa: qualia ne in alia quidem particula reperiuntur.Nulla enim cæterarum esse quę dilatari plurimum & rursum ad minimum contrahi possit, præter hanc matricem. Vnde & omne fibrarum genus eius tunicæ est inditum & per ligamenta illa soluta, & laxa circumiacentibus corporibus alligata, ut tensioni ipsius & concidentiæ facilè cederem ac obsequerentur Eam uerò minimè auelli aut deturbari permitterent. 14. de us.part.

26 Eorum quæ uulneratum neruum contingunt, nil esse frigidũ debet,quandoquidem ea pars maximè sensilis est, & principum partium primati continua, & temperamẽto suo frigida. Quorum omnium occasio-

ne facilè à frigido offenditur, & suam offensam impertit cerebro. 6. Methodi.

27 Ciuitates ab orientalibus uentis, aut frigidis, aut calidis perflatæ sunt minimè omnium salubres. Gal. 1. de uentis.

28 Omnis intemperies uirtuti naturæ inimica est: eamqúe si sit uehemens, destruit ac omnẽ eius uim deijcit. 3. de caus. morb. & sympt.

29 Inæqualis intemperies aliàs in toto animalis corpore fit, ueluti in ea hydropis specie, quam anasarca uocant: ac ferè in omnibus febribus exceptis quas appellamus hecticas: interdum in singulis partibus. Idq; tũ ob fluxionem, ut cùm fiũt tumores, tum ob qualitatum alteriorem. Gal. de ineq. intemp.

30 Vigiliæ duobus modis fiunt, aut enim in negotijs occupati sponte uigilamus, & hi non nocent, aut coacti à causa quadã externa, hæ uerò attractricem uim & concoctricẽ, adeoq; omnes naturæ actiones ualde im-

se impediunt. 4. in 6. Epid.
31 Morbosam cordis intemperiẽ, siue ex se sit illa, siue ex alia particula inducta, sequitur spiritualis uirtutis diminutio. Sicut & cerebri intemperiem, animalis & obstructionẽ mensium suffocatio. 4. de præcog. expul.
32 In curãdis morbis, unus ac primus scopus est uirtutis custodia. Quoniam autem uirium substantia tum ex spiritu, tũ ex carnosa specie, tum ex solidis ipsis completur, ex ijs quæ similia sunt, moliri cuiq; custodiam oportet, Spiritui, ex respiratione, transpiratione & uapore, qui ex sanguine attollitur: Solidorum uero generi ex solido nutrimento: Carnoso per eam naturam, quæ in medio humidorum ac de solidorum corporum est. 11. Methodi.
33 Cor quidem, (cui est ualentissima attrahendi facultas) cùm sit origo pulsuum & arteriarum, quemadmodum hepar uenarum & sanguinis, nunquam moderatis alimentis destituuntur, nisi enim ualida sangui

nis penuria uniuersum occupauerit corpus. Quare ubi corpus ex longo morbo extenuatum fuerit, putandũ non est cor quoq; atq; etiã iecur, esse pro aliarum partiũ proportione extenuata. Gal. de Marasmo.

34 Alimentum à uẽtriculo elaboratum, ubi ad hepar traxerunt uenæ, ibi rursus feruet & concoquitur alteraturq; in sanguinis generationẽ. In ebullitione autem hac ex ipsis excrementis, quòd fęculẽtum quidem & crassum est subsidet, quod uerò tenue existit & leue innatat, & ueluti spuma quędam in superficie sanguinis fluitat. Excipit autem quod flauum & tenue est uesica fellis ad hepar posita, quod crassum & limosum Lien quem in sinistris uentris partibus subdidit natura. Quòd reliquũ est rubrum quidem illud & purum à uena caua in gibbis hepatis orta excipitũ, eaq; ueluti aquæductu sanguinis pleno, ad utramq; animalis partes fertur superiorem & inferiorem. (Nam illa per totum corpus in uarios scissa

os scissa ramos disseminatur) liquido tenuiq́ꝫ & aquoso humore, qui adhuc in hac reliquus est, ueluti uehiculo ductum: donec ad dextrum cordis uentriculum peruenit, ubi hunc Renes excipiunt, & ab his uesica ma maior per quam eijcitur. 4. de us. par.

35 Intestina conuoluta sunt plurimis cõuersionibus orbiculatis ne alimentum ocyus elabatur. Nam quę animalia simplex & rectum à uentriculo usq́ꝫ ad anum intestrium sortita sunt, insatiabilia omnia & gulosa existunt. Ibid.

36 Intestina innumerabilem uenarum multitudinem ex hepate sibijpsis habent insertam, quibus omnem in uẽtriculo coctum succum sursum mittunt. Sicq́ꝫ humor nutriendo idoneus nullus ab animali labitur, quãdo naturaliter se habent corpora. At uerò orificia uenarum quæ in intestina se aperiunt modicum, quod & nutrimẽtũ assumũt, plurimum uerò uenæ. Nam sanguis naturaliter cõtinetur etiam in arterijs. Ibidem.

37 Renum uterque plurimum sibi bilis conciliat, multum etiam tenuioris & humidioris sanguinis. At ijs ad sui nutrimētum tertio quopiam alio uase opus non fuit, præter duo magna, quorum alterum oritur ab arteria, quæ spinæ incubat, alterum à uena caua. 5. de us. part.

38 Nulla in parte corporis melius conficitur sanguis, quàm in mammillis, siquidē ex uena caua sursum per cor ad eas delatus, rursusque deorsum tendens, exagitatusque à motu thoracis sic incalescit, & in uasis perpetuo motu perditis moratus, perfectā nanciscitur concoctionem. 7. eiusdem.

39 Partes dextrę testiculorum in masculis & matrices in fœminis sunt calidiores sinistris, quia sanguinem purum recipiunt, sinistræ uerò humidiores, quia impurum sanguinē, excrementosum, humidum & serosum excipit. Quod quidem si uerum est, ac præterea masculus calidior est fœmina, probabile utique fuerit, partes quidem dextras masculorum: sinistras

ſtras autem fœminarum eſſe generatrices, ut Hipp. dixit. Si dexter teſticulus attollatur, id eſt, ſi ualẽtior fuerit maſculum gignet: ſin uerò ſiniſter fœminam. 14. de uſ. part.

40 Ipſorum fœtuũ cauſa eſt principium uenarum, matrices ipſas nutrientium, ac mammas cum eis colligantium. Sola enim hæc inſtrumenta per uaſa coniungi expediebat, ut quando in matricibus augeretur fœtus atq; conformaretur illi ſoli uenæ communes ex utriſq; partib. alimentum affunderent: quando uerò in lucem editus eſſet: mammis rurſum totum alimentum ſuppeteret Ibid.

41 In facultate uentriculi qua penuriam ſentit, primum ſymptoma omnium eſt inanitio. Secundum inanitarum partium naturalis appetentia. Tertium, uenarum, quæ per uentriculum porriguntur ſuctio. Quartũ ſuctionis ſenſus, qui eſt fames. Poſtremò ipſa animalis appetẽtia. 4. de morb. & ſympt.

42 Quinq; ſunt circa reſpirationẽ

& uocis efformatione actiones, consequentia quadam inter se conuenientes, expiratio, efflatio citra strepitum. Efflatio cum strepitu uox & loquela: quarum si prima lædatur, reliquas omnes lædi necesse est. Vltima uerò læsa reliquæ, haudquaquam leduntur. Semper enim ex præcedenti bus offensio, posterioribus adest, nõ contra. Ibid.

43 Expiratione efficiunt uniuersi thoracem contrahentes Musculi: Efflationem (quæ uehemens expiratio est) Intercostales maximè strepẽtem efflationem, ij qui faucibus: insunt, uocem uerò ipsam, gutturis Musculi absoluunt. Loquela postremò lingua articulatim uocem distinguens: item dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio & linguæ ipsius uinculum, quorum aliquo uitiato ui tiari sermonem contingit. Ibid.

44 Hypostasis urinæ alba est inter saniem & naturalem humorem media: fit autem ex cibo, non cocto à natura, neq; in sanguinem cõuerso ob

affe-

affectionem contra naturam. Gal. in Prog. Hipp.

Sic Moyses, Idem quicquid mihi (inquit) uidetur & sic conijcio, ex cibis naturali calore hepatis & sanguinē uerti non potest, id esse quod crassioris humoris cernitur in urinis etiam sanorum. Quod uerò in urinis ægrotantium & aliquando sanorum, in imo considit, id esse quod in membris ipsis à natura non potuit ex sanguine in alimentum conuerti.

45 Sanguis non solùm nutrimentum animantis partibus est tributus, sed caloris etiam naturalis conseruatio. Itaq; ipsi⁹ corporis calor, interdū quidem seipso minor efficitur, aut propter sanguinis copiam à qua nimirum extinguitur, aut propter ingentem inopiam, aut propter frigidā qualitatē: Interdum uerò maior propter calidam sanguis qualitatem, aut proter exiguam inopiam. Quicquid autem cor in caliditate, frigiditateq; propetitur, eius quoq; & aliæ corporis partes sunt participes. At quæ par

ti alicui accidunt caliditates, aut frigiditates, eas quæ parti quidem affectę uicinæ sunt unà alterant, in totũ tamen extendi corpus priusquam cor immutent non possunt. Galen. de sang.miss.

46 Totum cerebri corpus, cum arterijs plexus retiformis multiplicit er diuisis contextum sit, & uenis ex eius uertice descendentibus: his quidem in ipsius uentriculos superflua excernentibus. Illis uerò respirantibus, relicto uenarum sanguine fruitur oro nutrimento, & arteriarum spiritu uegetatur. 9. de us. part.

47 Cutis quidem certè, ubi secundum naturam se habet, laxa est in ijs, qui crassi non admodum existunt: Et cocus medius, cui incumbit ipsa, uacuus. nec secus ea, quæ in carne sunt spacia conspicuuntur inania. Omnia autem hæc per inflammationes replẽtur sanguine ex uasis quidem per eorũ tunicas resudante, in omnibusque carnis partibus ad modum roris permisto: quem si uicerit natura, extra

tra carnem pellitur à facultate expul-
trice : si uerò incumbens cutis dura
tensaq; extiterit, ibi pus detinetur &
abscessus gignitur. Gal. de tum præ-
ter natur.

48 Caloris duo sunt genera in animali, unus quidem naturalis, qualis in sanguine cernitur: alter uerò acquisitus seu foris petitus, cuiusmodi in febribus esse solet. 4. comm. in 6. Epid.

49 Nulla uena est in his humoribus oculi crystallino uitreo albugineo, quemadmodum nec in cornea tunica. Ex quo perspicuum est nutriri eos, quidem per accessionem ex uno in alium, ueluti crystallinum ex uitreo, uitreum ex ambiente corpore retiformi quod plenum quibusdam arterijs & uenis, cernitur. Cornea uerò tunica ex eo quod ab uuea defluit 10. de us. part.

50 Venæ & arteriæ medullam spinalem ingrediuntur ijsdem uijs, quibus egrediunt̃ nerui, q; fit eodẽ modo in cæteris partibus 4. de us. part.

51 Ner-

51 Neruorũ ratio huiuſmodi eſt. Quibus mẽbris minimo ſenſu opus fuit, molles, quibus uoluntario duri quibus utroq; utriuſq; etiam generis nerui dati ſunt, at quibus nullo omnino, nulli. 16. de uſ. part.

52 Cutis per ſe nullis neruis eſt prædita, ſed particuli quibuſdam neruorum ſubiacentibus Muſculis colligatur, à quib. ſenſum accipit. Ibid.

53 Senſus ad cutim etiã pertinet quamlibet proprij nerui expertem, non minus quàm ad membranas tunicas, arterias, uenas, matrices inteſtina, uẽtriculum, ueſicam, & uiſcera reliqua omnia. Ibid.

54 Nemini debet eſſe mirũ quod ſenſu cutis amiſſo, ſubſiſtentis Muſculi motus maneat. Neruus enim p̄ muſculũ ſparſum adhuc integer eſt, particulę uerò quibus ei alligatur cutis lęſæ ſunt. Quod ſi cutis ipſa excorietur, Muſculus tamen non minus mouebitur, quamuis non ſentiat: at ſentire quin moueatur nunquam poterit, motus enim agentis, ſenſus uerò pa-

rō patientis eſt.4.morb.& ſympt.

55 Palpitio quæ eſt dilatatio præter naturam, omni parti, quæ dilatationem ſuapte natura admittit maximè accidere poteſt, aliarum uerò nulli: At dilatari nata ſunt omnia, quæ naturaliter mollia exiſtunt. Quamobrem cuti palpitatio, ſubiectisq́ꝫ illi muſculis & uiſceribus uentriculo, ueſicæ, matr. inteſt. hepati, ſpleni & maximè cordi accidit. Oſſibus autē & cartilag. quæ non dilatantur, qui duriora ſunt non item. 5. morb. & ſympt.

56 Glandulæ fluxionibus excipiendis maximè omnium partiū ſunt idoneæ, tum ob ſubſtantiæ laxitatē, tū quia inter cæteras partes minimè robuſtas facultates (excepta alteratrice) ſortiūtur, ſicuti & pinguitudo. Poſt has pulmo, deinde Lien, tertio cerebrum. Quibus igitur hæc natura ſunt robuſtiora. In his ad glandulas carnesq́ꝫ deueniunt fluxiones ubi totus habitus eſt infirmus, ut in rheumaticis accidit. Galen. de uene ſect.

57 For-

57 Fortiores partes ad proximas imbecilliores uires suas extendunt: Ex quo fit ut illa membra duplici uirtute, una quidem per se, altera per aliud, nempe per uicinum membrum participem. Gal. in Hipp. de uict. rat. in morb. acut.

58 Fit etiam nonnunquam ut ociosa corpora febrim ex huiusmodi fluxione forte contrahant, nonnunquam uerò ut exiccentur, uidelicet membris debilioribus malo cibo nutritis. Gal. de somno & uigilia.

59 Pus quidem in inflammationibus abscessibus atq; tuberibus, eandem habet rationem quam & humorum putredo in uasis: Siquidem utraque probè tum perficiuntur, cum alterandi ac concoquendi uis superat in illis. Pus enim optimum sic efficitur, album & crassum, ac undiq; sibi simile aspectui, tactui læue & præterea minimè fœtidum. Vrina quoque optima albam, læuem, æqualem & minimè fœtidam habēs hypostasin. quod contrà omnino utrobique fit

quan-

quādo imbecillis illa uis est. 1. de dominis febr.

60 Spacium uacuū in medio corporum quibus abſceſſus fieri ſolet, ſubſtātiam aliquam ſpirituoſam, aut humidam, aut miſtam comprahendit, quæ ubi diutius hæſit, uarias alterationes ſuſcipit. Nā & lapidibus, & arenis, & teſtis, & lignis, & carbonibus, & limo, & permultis aliјs id genus ſimilia corpora in abſceſſibus ſæpe contineri inueniuntur. 2. ad Glauc.

61 Virga maſculi, & matricū ſtomachus, & alia quæ ſunt circa pudendum ipſum membra, quia ſenſu exactiore indigebāt propter uenercam copulationem, optima ratione multis neruis & muſculis ſunt á natura donata, quorum qui circa pudendū ipſum ſunt poſiti inſigniores & maiores, qui uerò aliјs genitalium partibus inſiti fuerunt, ſubtiliores, & ferè quales in hepate & renibus uidentur. 14. de uſ. part.

62 Quoniā pendent teſticuli maſculo,

ſculo, propterea & muſculus utriq; ex regionibus iliorum peruenit, ut ij quoq; participent motu, qui fit impetu coitus. Ibid.

63 Humorem in partes organi uacuas effuſum, ſi uirtus integra eſt, in ſanguinem uertit: ſin deficit aut imbecilla eſt, in putredinem abit, non aliter quàm in corpore mortuo. Omnino enim ut ipſa ſe habet uirtus, ita eſt corporis affectio. Gal. in Progn. Hippoc.

64 Vbi calida fluxio procubuit in muſculũ ac maiores arteriæ uenæq; oppletæ diſtenduntur: deinde minores, poſtremoq; etiam minimæ, & inde ubi per ipſarum ora una pars, per tunicas alia tranſcolata eſt ad exteriora, ſpacia uacua, quę inter prima corpora ſunt, & ſic nerui ligamenta, mẽbranæ caro ipſa, arteriæ & uenæ incaleſcunt. Maximè uerò uenæ, quæ interius diſtenduntur, exterius uerò præmunttur, morbus fit phlegmone dictum, quæ muſculi intemperies eſt inæqualis. Diſtatq; eò ab æquali,

quòd

quòd in omnibus intemperanter affecti corporis partibus, non insit æqualiter. Gal. de inæq intemp.

65 Causarum morbos efficiẽtium nulla citius corpus contaminare potest, quàm uitiati aëris inspiratio (quę causa pestilentis febris est) in corpore humores ad putrescẽdum paratos habente. Nulla uerò causarum sine patientis aptitudine agere potest: alioquin ex æquo omnes afficerentur ab eadem causa. 1. de febr.

66 Corpora diu sana, firma & bene affecta permanentia, nullis ex inualidioribus causis mutãtur. Quare nec in iuuenibus ualdè nocet ingurgitatio & ingluuies: At senibus uiris, & languidis uel modicis quantitatis atq; qualitatis in cibo excessis maximum adfert detrimentum. Galen. de sanit.

67 Affectio quæ appellatur senium ipsi marcori plantarum prouenienti ob siccitatis excessum quadam proportione respondet, unaq; est omni genito corpori corruptelæ interitusq;

ritusq; connata necessitas. Altera autem quæ præcipuè in ipsis animalibus cernitur, totius substantiæ, fluor quem insitus calor excitat. Hæc incō moda nullum quod genitum sit corpus effugere potest. Reliqua uerò quæ hæc sequuntur, & quæ ad unius rationem pertinent prouidentia con silioq; certè potest. 1. de sanit. tuēda.

68 Redundantiæ morbi oriri solent ubi quod exhalat à corpore minus est ijs quæ accipit. Quare prospi ciendum est, ut eorum quæ eduntur & bibuntur respectu eorum quę expelluntur, seruetur conueniens mediocritas. 6. de sanit.

69 In morbis redundantia ut seruetur modus detrahimus de nutrimenti, uel quantitate, uel qualitate: de quātitate quemadmodum dematur notum est: de qualitate demitur cum unius maximè alentis cibi loco, alius exigui nutrimenti apponitur. Ibidem.

70 Inueteratorum morborū, quales sunt asthma, calculus, hæmorrhoi des

des narium, ulcera maligna, & huiusmodi alia sanantur partim in pueris quidem & infantibus ad quadragesimum diem, aliquando ad septimum mensem, nonnunquam etiam ad septimum annum. Partim uerò sanantur pubescētibus genitalibus in masculis, in puellis certè mēstruis incipientibus. part. 6. de sig. mortis.

71 Temporales musculi si læsi fuerint cōuulsiones, febres, sopores, deliria, symptomataq; lætalia maximē omnium inducunt, utpote cerebro existentes proximi, & per plures neruos, quā alij musculi ipsi cerebro hęrētes: quàm ob causam capitis etiam ossibus abdidit natura. 11. de us. par.

72 Quoniam corpora nostra perpetuò mutantur, nec in eodem statu manent: propterea data est ei à natura ad instaurationem eorum quæ ex quantitate sui effluunt, nutriendi & alterandi facultas, ad ea uerò quæ ex qualitate abeunt, spiritus duo, quorū unus pectoris motu, alter pulsu efficitur. 5. in 6. Epid.

73 Difficilis connexio est quoties uel in calidum uentris frigida, & pituitosa sanies defluit, uel in frigidum calida. Atq; harum duarum alteram semper expertus sum magis ad curandum rebellem, nempe in qua frigidi pituitosiq; succi in calidum decidūt uentrem: pessimam uerò, ubi præter id, aluus natura etiam solubilis non sit, nec uomere ex facili homo possit. 6. de sanit.

74 Conuulsiones quę ex plenitudine neruosarum partium uel ex humore mordente, uel deniq; ex ingenti frigore oriunt̃ curari possunt. Quę uerò ex neruosarum particularum ariditate proueniūt nullus certè ijs ad sanitatem est locus. 12. Methodi.

75 Qui ob siccitatem uehementẽ distenduntur & discrutiantur, si curari ij debeant, humectationem desiderant. Sed si is affectus sit febris occasione contractus, percurata est difficilis, uel potius curationem non recipit. Ibid.

76 Quibuscunq; cæphalea intra calua-

caluariam eſt, ijs uſque ad oculorum radices dolor extenditur, propterea quod oculorũ tunicæ ex cerebri inuolucris ſuam ducũt originem. 2. de comp ſecundum loca.

77 Cæphalea ex calore uel frigore ſemper grauis eſt, ex ſiccitate, leuior: ex humorum copia propè nulla niſi ſi meatus obſtruantur. Nam pro quantitate obſtruentium & replentium humorum naſci ſemper cæphalia poteſt: alioqui ſi abſit obſtructio, grauedo tantum. Ibid.

78 In parotidibus, quæ fiunt glandulis ſecundum aures affectis, nõ utimur curatione reprimente, repulſoria'ue, ſicuti in partibus inflammatis. Sed pharmacis attractorijs, humores ex alto elicientibus, aut his nil efficientibus, cucurbitulas affigimus, aut fomenta aſſidua adhibemus, infeſtũ humorem ad cutim trahentes præſertim ſi affectio in capite hæreat. 3. eiuſdem.

79 In parotidibus ſi uehemẽti impetu redundantes influat humores,

nil nos curiosius agentes omnia permittemus naturæ: quæ si eos nõ discusserit supputãtibus, pharmacis utemur, ut frumenti farina cum oleo & caricarum decoctio: aut eo quod ex polline & fermento conflatur: At si discusserit & suppuratæ sint parotides tunc aut per sectionem pus elicere oportet, aut per pharmacũ abscessum rumpere: quale est similium uocatum, & quod ex aliis constat: aut p attractoria & temantia discutiemus, bis in die iisdem ablatis, & fomentis, admotis, donec dolores remiserint. tumq; semel tantum solutis, postea ipsis pharmacis permittere, siquid reliquum in profundo hæreat. Ibid.

80 Pompholyge lota (quæ est omniu pharmacorũ leuissima, utimur ad tenues & acres oculorum fluxiones, sed uacuato prius capite & uniuerso corpore. Capite quidẽ, i. gargarismo apophlegmatismo, corpore uerò, uenæ sectione & purgatione. Vtimur etiam reuulsionibus primũ quidem ad infernam corporis partem: dein

dein etiã ad occiput, & ad capitis cutem. Item ſectionibus arteriarum, earum interdum quæ retro caput iuxta aures exporrectæ ſunt, interdum uerò temporalium, poſtremò & collyrijs ipſi oculo proprijs. 4. de comp. ſecundum loca.

81 Thorax & iecur itemq́ ſeptũ tranſuerſum & cor nunquam œdemate pituitoſo, neq; craſſo ſanguine affliguntur, propter denſitatem corporum. Quapropter ſi quæ in ea fluxiones decumbant, omnino uel flauę bilis, uel calidi ſanguinis, & tenuis ſint oportet. 4 de pulſ. præcog.

82 Vbi pectus aut uẽtriculus, aut partes circa collum caput'ne laborãt phlegmone, excogitatum eſt artus uinciri. Quippe pars affecta minimè uincienda eſt, ſed ſi in manib. orta ſit phlegmone, crura: ſint in cruribus manus. 13. Methodi.

83 Vbi iecur phlegmone erit obſeſſum, mediocriter aſtringi per cataplaſmata miſtæ materiæ oportebit, quòd altricis facultatis principium

animalibus ſit, & uenoſum ab hoc exoriatur genus. Ibid.

84 Opportuniſſima ad ſcirrhum ſunt iecur lienq́;, ſi quid parum habita de his ratione, glutinoſis cibis utatur: itemq́; Renes, quod ex eo perſpicitur, quia nephritidas alias omnino ſolui non poſſe, alias ægrè uidemus. Craſſa enim ſunt ſubſtantia, & calculi uitio uexãtur ſiquid craſſi ſucci cibis nimium ueſcatur. Ibid.

85 Craſſa quidem inteſtina ſanatu ſunt facilia, cõtrà difficilia quæ tenuia exiſtunt. Ieiunum autem eſt omnino incurabile, tum propter magnitudinem, multitudinemq́; uaſorum, tum quòd tunica eius neruoſa, prætenuisq́; ſit, adde quod bilem ſynceram hoc inteſtinum recipit uniuerſam, omnium maximè eſt uicinum iecinori. 6. methodi.

86 Maraſmo afficiuntur corpora propter inflammationes, quando cõdenſatis humoribus paulatim emarcuit caro, & totũ corpus areſcit. Gal. de introd. ad pulſ.

87 In phlegmonis & calidis abscessibus colligitur sanies, omnis intra uigesimum diẽ, nec ultra producitur, in œdematibus uerò & frigidis intra sexagesimum. 1. Prognost.

88 Animal omnino mori non potest nisi prius ipsum cor afficiatur, ad cuius intẽperãtias immodicas mors necessariò sequitur. Siquidem cùm singulæ partes peculiari tẽperie cordis suas actiones perficiant, hac profectò pereunte reliquarum actiones perire necesse est, ac proinde cerebri etiam & iecoris non contra. 5. de loci aff.

89 Corde affecto necesse est arterias pati, & de natura moueri, utpote earum principio affecto. Afficitur autem per cõsensum uicinarum partium maximè pulmonis. Deinde hepatis tum diaphragmatis & cæterarum deinceps. 4. de præcog. expulsf.

90 Neruo subitò morbum euasit sine crisi: multi uerò sine hac intereũt subitò, plurimi in accessionum principijs, non pauci in accessionum par

ticularium declinationibus. In totius autẽ morbi declinatione, nullus unquam extinguitur propria morbi ratione, ſed ob errorem commiſſum. 3. de criſ.

91 Tres omnes mortis modi ſunt. Primum in acceſſionum principijs in magnis inflammationibus præcipuorum membrorum uel humorũ multitudine & craſſitudine. Secundus in tempore ſtatus morbi ui natura ſuperata: Tertius in declinationibus qui rariſſimè accidit. Ibid.

92 Vt poſſis, qualem ſit habitura exitum pręſens criſis agnoſcere, pręuidereq́ futuram, primum ac maximè omnium expendẽdæ ſunt coctiones, ex urinis alui excrementis, atq́ ex ſputis ipſis. Quippe neminem uidi intereuntem, qui ex pręcedẽtibus coctionibus criſim ipſam habuiſſet. 3. de criſ.

93 Reuulſio quã longiſſimè à particula fluxione tẽtata, eſt ſemper molienda. Quia ratione, ſi hepar aut uentriculum, aut inteſtina plegmone occupa-

cupare iam cœperit, medicamine quod aluum deijciat uti non conueniet, neque urinæ prouocatione si uesicam aut renes: neque menstruorum si uterum, at si pudibunda, uomitu uti, in diuersa reuellens auxilium est. Eadem ratione in omnibus quæ circa caput accidunt, alui subductio in contrarium auertit. Si qua uerò circa fauces, & palatum & linguam, aut denique in ore phlegmone laborare cœperint in his omnibus canenda sunt, quæ pituitam per os euocant, Græci apophlegmatismos appellāt. 13. Methodi.

94 Cucurbita in occipite defixa, efficax est remedium ad oculorū fluxiones. Vacuari tamē totum corpus prius, expedit. Nam si refertum sanguine corpus sit, in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis. Ibid.

95 Verum cucurbita utendum in ipsa parte, quæ phlegmone afficitur, inter initia non est, sed postquam uniuersum corpus uacuaueris, & aliquid

quid uacuari posse uidebitur. Quod si sit necesse etiam initio uti, minimè ipsius membris quæ laborare incipiunt, sed his quæ continua his sunt imponi debebit, auellendi in contrariũ causa. Ibid.

96 Medicaminum repellentiũ genus, quibus utimur in principijs inflammationum, in materia refrigerãtium consistit: quorum sanè ea quæ astringendi natura prædita sunt, efficaciorem uim habent ad ocyus repellendum influxum, inest quippe ipsis statim etiam facultas cogendi & densandi superficiem corporis cui admouentur. 5. de comp. Med. secundùm loca.

97 Quemadmodum in phlegmones curatione post totius corporis uacuationem repellentibus auxilijs utimur, sic in erysipelate, pro sanguinis missione medicamento quod bilem trahat purgandum, ipsam uerò partem afflictã refrigerãdum. Cuius sanè refrigerationis terminus esto, coloris mutatio. Quod enim purum

est erysipelas, statim cũ illa quiescit. 14. Methodi.

98 Regula Medicinæ obseruanda est, quæ præcipit cõpositione medicamentorum, ei quod morbo contrariũ est, immisceri aliud, quod nec omnino sit contrarium, nec omnino augeat, sed medium, ut sit ueluti uia alijs. 7. de comp. secundum loca.

Addit Moyses.

Veluti, cum mastichem quæ facultatis est astringentis, prærogantibus medicaminis miscemus immundi oris uentriculi gratia, ne scilicet omnino illa postea respuat, item cùm gallam, cùm colocynthide, ne nimium soluat uentrem.

99 Qui prætenues succos habent ita ut ocyssimè exhalent, syncope plerunq; opprimuntur. Ac tanquam eos qui ex humoris multitudine syncope periclitantur, prorsus ad interitũ spectare diximus, si uel his iecur, uel uentriculum phlegmone obsederit: Itidem ij de quibus nunc agimus, insanabiles sunt existimandi, si uiribus

bus iam languentibus: aliquod ęgrū uiſcus phlegmone infeſtetur, quoniam nec aſſiduè eos nutrire fas eſt, ſed tantum in remiſſionibus: nec ſeruare eos ſi modo nutriant̃ licet. 12. Methodi.

100 Quum per magna differentia humanorum corporum ſit, ob idque unicum medicamentum omnibus conuenire non poſſit, duo ſemper in perpetua habenda: quorum alterum ſit ualentius, ſed ex ſimilibus genere confectum: alterum mitius & blandius: quæ inuicem temperās dum poſtulabit uſus pro uarietate miſturæ, permulta alia media inter ipſa conſtitues. 3. de comp. med. ſecundùm genera.

DE

DE PVLSIBVS ET *eorum definitionibus.*

Sectio III.

1.



Vlſum generandorũ duplex eſt uſus, primus atque maximus tutela natiui caloris: alter uerò animalis ſpiritus generatio. 1. de præcog. expulſ.

2 Pulſus ex gemino motu conſtat contractionis & diſtenſionis, in quorum utroq; gemina quoq; quies accidit, una quidem à diſtenſione priuſquam contrahatur: altera à contractione priuſquam diſtendatur. 1. de dominis febr.

3 In pulſu, tarditas quidem & celeritas in diſtenſionis contractioniſque tempore collocatur, crebritas uerò & raritas, in utraque quiete, at Rhythmus dimenſio eſt temporis diſtenſionis, & ſimul inſequentis eam inquietis, collati ad tempus contra-

ctionis

ctionis simul & excipiētis eam quie-
tis. Ibid.

4 In solis uehementissimis pulsibus exactè rhythmus dignoscitur, quòd in cæteris magna pars initij distensionis & contractionis finis nos fugiat, id quod maximè offendit, 3. de dignoscat.

5 Vehemēs æqualisq; & magnus pulsus, semper uirium robustarum est signum. Quare si in septuagenarijs is adsit, affectusq; iubeat, etiam in ijs secabis uenam. Galen. de uenæ sect.

6 Pro ætatis qualitate, hoc pacto pulsus uariantur, infantis pulsus creberrimus & celerrimus, rarissimus serius & tardiùs omnes, qui inter hos intercedunt, proportionem seruant, prout ad puerum, uel ad senem accedunt propius. At in uehementiæ & magnitudinis differentia, maximus & uehementissimus, & iuuenum pulsus, minimus & languidissimus senum medius, & paulò maior pulsus puerorum. In quibus animalis spi-

lis ſpiritus cum inſtrumẽtis augetur, dum adoleuerint, inde uerò ſemper minuitur. 3. de cauſ. pulſ.

7 Pulſus raritas ſumma nunquam uacat periculo, ſicut nec remiſſio, neque paruitas, ſola extrema uehementia in pulſibus non modò uacat periculo, ſed etiam eſt maximè utilis. Pręterea ueloces pulſus tardis ſunt ſecuriores: ſiquidẽ ſumma celeritas, ſumma tarditate eſt ſecurior. Nam ſumma tarditas ſicuti raritas tum incidit, cũ calor naturalis extinguitur. 2. de præcog. ex pulſib.

8 Inæqualitas motus collectiua dicta, hoc eſt, quæ in compluribus arteriæ motibus æqualitatem rumpit, comiatur ſemper cordiæ intemperiem uitiaq; inſtrumentorum, & facultatis plenitudinem, quoad uires, cõpoſitionem, duritiem, &c. 2. de cauſ. pulſib.

9 Non omni facultatis lęſioni ſuccedit collectiua inæqualitas. Siquidem cum per ſe infirma eſt, nõ ita crebro; At ubi ſuapte natura eſt ualida

opprimitur autem à copia humorũ, aut etiam contumacia instrumenta sortitur, tunc illam inæqualitatem efficit. Ibid.

10 Contumacia instrumenta fiũt, uel obstructionibus, uel compressionibus, uel duritie, quæ sanè durities, inflammatis scirrho affectis, resiccatis, perfrigeratis, ac denique distentis accidit instrumentis. Ibid.

11 Ictus in pulsu est is propriè motus uiolẽtus, qui dum tangimus, tactum facit comes semper duri, uehementis, magni celeris, alti, conuulsiui & uibrati pulsus. 4. de dignosc. puls.

12 Duo tantum genera habentur pulsuum uiolenter ferientium, nempe uehementium & durorum. Quibus autem carnis nostræ natura cędit, ea dura uocantur, quæ uerò carni, hæc mollia. Veluti manus, aquæ rapido fluctui occurrẽs, ab ipsa euertitur non tamen pręmitur: at si lapidi occurrat, quem altera manus sensim admoueat præmit̃ à lapide, lapis uerò ab

rò ab illa euertitur, duri igitur pulsus proprium est præmere, uehementis euertere. Ibid.

13 Durum simul & uehementem non raro eundem cernas, sicuti & durum simul, & uehemētissimum: at uehementissimus, & durissimus nunquam idem existit: nec maximus uehementissimusque atque idem tardissimus. Quippe uehementissimi & maximi maiori ex parte sunt celeres: sin minus at non tardi. 2. de dignosc. puls.

14 Quietem superiorem, quæ secundùm distensionem præcedit contractionem, quāta sit tactu queas ad unguem assequi, inferiorem non itē planè, quod utrinque sibi asciscat partes, ad initium quidem, contractionis extremitatem, ad finē uerò principium distensionis. 1. de dominis puls.

15 Facultate ualente nunquā pulsus, ad summum paruus esse potest. 1. de præcog. ex puls.

16 Si cor quidem calidius sit, frigidiores autem arteriæ, ipsa motuum

exordia utrobiq; fiant, si modo uenę à corde, facultatem citra lęsionem recipiant. Cor tamen singulis arterijs maiorem, celeriorem, uehementioremq; pulsum habebit. 3. de pręcog. ex puls.

17 Nonnunquam in corde ipso percipitur temperamentorum pugnantia, nam modò frigidius uisceris corpus æquo est, & in uentriculis cō tenta substantia calidior: modo ediuerso substantia frigidior: cor autem calidi, ubi etiam pulsus fiunt moderatis similes, qua in re multi quidem & periti decipiuntur. Ibid.

18 Solutæ uires primùm languidum ac ualde frequentem pulsum efficiunt: præssę uerò pulsus mutant, cùm in reliquam omnem inæqualitatem & ordine confusionem, tum in eam, quę in uehementia spectatur & magnitudine. Nam inęqualitates hę oppressarum uiriū maximè propriæ existunt. Gal. introduct. ad puls.

19 Febres putridas comitatur in initijs quidem pulsus paruus ac uelox,

lox, quum uerò consistunt, uelox simul & magnus. Sic & quæ circa externam quietem uersatur frequẽtia, in huiusmodi febribus deprehenditur manifestè. 1. de dominis febr.

20 Morsus uentriculi, uomitus, nausea, singultus, appetitus, priuatio atq; dissolutiones: præterquam quòd pulsum paruum efficiũt & languidum, ipsum etiam minus frequẽtem reddunt, & quibusdam moderatur celeriorem. Compressio autem sola citra ea omnia rerũ, tardũ, paruum, obscurum. Pręterea quibus fames est magna, pulsus est eiusmodi.

21 Inæqualitas pulsuũ, quæ ferè inuadit una cum accessionibus, compræssarum, uel obstructarum modo arteriarum, uel copiæ humorum opprimentium facultatum est signum. 3. de præcog. expulს.

22 Pulsus in utramq; partem mutatio, si citra alienam occasionem acciderit, accessionis initium nunciat. Ibid.

23 Existimare conuenit, ubi acer-

uus materiæ humidæ initio accessionis ad cor peruenerit, in primis quidem mortis periculũ esse quod prænunciat maxima mutatione pulsuũ, in raritatẽ, tarditatem pernicitatẽq́. Nam si his insignis remissio successerit, extemplo peribunt. Ibid.

24 Nec magnus pulsus, nec uehemens unquam cum febribus hecticis coẽunt, sed si alterutrum habeant horum, minimè sanè sunt hecticæ. Ibidem.

25 Febres putridæ initio accessionis magis augent contractionis celeritatem, in incrementis cùm hanc, tũ externam etiam quietem plurimum concitant, ut pulsus in illa creberrimus esse uideatur. At in uigoribus, utrunq; motum contractionis & distentionis habent celerem. Atque hi pulsus febriũ per se sunt proprij, nec unquam fallunt. Ibid.

26 Vbi per totum corpus sensu nostro pulsare nulla arteria percipitur, is affectus dicit̃, pulsus priuatio, reuerè tamen in corpus uiuum nun-

quam

quam cadere poteſt, neque enim eſt unquam, quin cor unà cum arterijs in omnibus agitetur. 1. de præcog. expulſ.

27 Pulſus tremulus non admodũ eſt conſpicuus, lãguidusq́ eſt ſimul & paruus. Facultatem autem imbecillam, tunicam arteriæ mollem, corporisq́ gracilem nũciat habitum. 2. de præcog. expulſ.

28 Frigidæ cordis intẽperies pulſus per nos, tardos, rarosq́ efficiunt. Ac primũ crebritas mutabitur, deinde celeritas, ultimò magnitudo, ſiquidem illæſa facultas fuerit: nam ſi ſit offenſa, ad paruitatem, & tarditatem potiùs, quàm ad raritatem pulſus mutabitur. 3. de præcog. expulſ.

29 Inæqualis pulſus in plurimis quidem criſibus fit, & pręcipuè cùm nõ fiunt ſine periculo & pugna. Vndoſus etiam & inſigniter mollis, ſudores, criticos, expectãdos nuntiat. Durus uerò uomitum magis, quàm ſudores, altus omnimodæ excretionis eſt index perinde ac uehemens.

Si uerò magnus extiterit, motus ad exteriora potius per fluxum sanguinis, quam ad interiora per aluum & stomachum indicatur. 3. de Crisib.

30 Mollitudinis in qua est prōptitudo distentionis, comes est magnitudo, renixus & contumaciæ, paruitas, itemq; illius & huius tarditas nō tamen ex æquo, paulò enim celerior est pulsus à mollitudine instrumētorum profectus, eò quem procreat durities, maior autem permultò, quia tunicæ arteriæ quāuis duriores sint, ad celeritatem quandam sunt faciles ad magnitudinem uerò distentionis ineptissimæ. 1. de caus. puls.

31 Solutarum ob alimenti inopiā uirium, pulsus uertuntur quidē principiò in languorem, paruitatem, celeritatem, ac frequentiam, ad mediā autem in languorem, paruitatem, tarditatem & raritatem. Postremò in paruitatem summam languorē, frequētem, & ementitam celeritatis imaginem, qui pulsus dicitur formicans. Gal. introd. ad puls.

32 Vermicans pulsus fit uiribus iam dissolutis, sed aliquãtum adhuc resistentibus, nõ autem ad summum languorẽ deducitur, sicut formicãs: Estq; præterea inæqualis, sed minimè malignus. Gal. introd.

33 Inæqualitas, æquabilitatis est labes in quacũq; pulsuum doctrina accidat, quæ fit dum partes moueri tempestiuiùs aut serius incipiunt. Ibidem.

34 Marcessantium pulsus nõ simpliciter, neq; secundùm unam speciẽ mutatur. Qui namq; una cum phlegmone nondum soluta paulatim emartuerunt, pulsus habent languidos, celeriores, frequentes ualde, atque cum depressione in angustum redactos, qui uocantur Mynri.

35 Quemadmodum undoso pulsui succedit uermicans imminuto, ita formicans uermiculanti, ubi multis amissis motibus in unũ eundemque prorsus paruum desiuerit. 1. de dominis puls.

36 Formicantis inæqualitas præ

exiguitate non poteſt percipi, eſt enim hic pulſus paruus, quo nec alius eſt minor, lãguidiſſimusq́; & crebertimus, non tamen celer. Ibid.

37 Arterijs tangendis manus ipſa quæ tanget, non modò promptè ſentiat oportet, uerumetiam ſit mollis, ſic enim uel minimos motus dignoſcet. 1. de dignoſc. pulſ.

38 Contractionem autem comprimendo magis, quàm leniter attingendo dignoſces, nec minus ſi infernè quàm ſi supernè tangas. Perinde enim utrobiq; contractionem tactus ſequitur. Ibidem.

DE

DE VRINIS.
SECTIO IIII.



QVoniam quidē febris omnis ægritudo est in uenis (nam & arterias hoc genere cōprehendimus) necesse est profecto in ijs ex urina indicium sanitatis quærere. In ijs autem qui laterali morbo afficiuntur, primum quidem sputa, secūdo loco urinas: quoniam is morbus omninò cum febribus oritur ut in passionibus uentris, si sine febre fuerint, sola excrementa inspicere oportet, si autem cum febre, etiam urinas. 1. de Crisibus.

2 Optima urina quę ex putrescente humore perficitur, qui adhuc concoctionem à continenti uase suscipiat, est quæ albam, lęuem, æqualem & minimè fœtidam habet hypostasim. Pessima autem quæ in omnibus maximè contrario modo habet.

3 Vrina consistentia & colore undiq; æqualis superiorem esse naturā

mor-

morbo indicat. Bullæ uerò in ea natantes, & ab humore frigido spiritū flatuosum ambiente factæ, methriticum & locum morbum prænunciāt, 7. Aphoris.

4 In ægrotis urinarum illa optima est, quæ urinæ sanorum simillima, nempe subrufa uel subflaua, magisq; subrufa, quàm subflaua. Itē quæ subsidentias habet albas, & læues, & æquales, aut nebulas quasdam, aut suspensa similia, hæ siquidem omnes urinas bonitate præcellunt. 1. de Crisibus.

5 Pessima omnis denigrata urina, est, adeò ut neminem unquam sanatum uiderim, qui talem minxerit. Minus tn̄ perniciosa est si sola sit hypostasis nigra: atq; adhuc minus si solū, id quod in medio pendet, ac multò minùs etiam si nebula. Ibid.

6 Vrinarum turbidarū triplex est differentia, una quæ cum talis mingatur, paulò pòst residet altera, quæ semper similis permanet, tertia quæ pura quidem mingitur, postea uerò contur-

conturbatur. Ac praua quidem ex dictis tertia est. Bona autem prima, media inter utramq; est secunda. Siquidem prima illa aliquid inæqualis turbulentiæ super esse demonstrat. Secunda uigere adhuc, quæ est in sanguine agitationem, tertia tantum incipere cōcoqui, quare deterrima est: nam longiori tempore & uirtute fortiori indiget ad concoctionem. Ibid.

7 Omnibus ijs, qui ex ocio & repletione febricitant, si sanitati restitui debeant, in urina plurimum necessariò subsidet: contra ijs qui ex inedia, & labore rubidæ simul, & biliosæ excernũtur. Soluitur quippe morbus priusquam subsideat aliquid, sufficitq; in his, & nebula, & suspensio optima qualis est alba læuis & æqualis. Ibid.

8 Quando febris ex crudis humoribus nascitur tum plurimo sedimine repletur urina. Cùm uerò ex cholericis seu biliosis nullo protinus aut certè exiguo. Gal. in prognost. Hipp.

9 Vrina quæ ad summum incocta

est om-

est omnes turbidas malignitate supe
rat. Est enim aquosa exquisitè, ac pro
inde ueluti desperatæ concoctionis,
affectioq; uenneosæ naturæ existit,
quēadmodū uentris crud tas. Ibid.

10 Vrina pinguis & alteram biliū
speciem referens, pinguedinis lique-
factionem ab ardore febris indicat,
quemadmodum & carnis, si quando
olei colore mingatur, quam carnis li-
quefactionem periculum mortis se-
quitur. In 2. Epid.

11 Vbi urina celeriter mingitur,
ὑδερος & Diabote appellatur, extin-
ctæ utriusq; facultatis retentricis, &
alteratricis indicium: estq; inter om-
nes crudas urinas pessima. 1. de Cris.

12 Quæ farinæ hordeace crassio-
ri in urina sunt subsidentiæ similes,
grandis colliquationis & ardentissi-
mi incendij sunt signa. Ibid.

13 Optima omnium urina subfla-
ua & subruffa est. Cæteri colores om
nes pernitiosi. item si quid aliud præ
ter hæc, nempe ἐναιώρημα suspensio-
nem in medio, ὑπόστασιν subsidētiam,
&

& νεφέλην nebulam eminentem appareat, id omne perniciem indicat. Ibidem.

14 Nil aliud oportet considerare in modo crisis præter naturæ ipsius inclinationem. Distinguendum autem est, an calidus & acutus sit morbus crisisq; in primis fiat periodis: quippe necesse est tũc post crisim nõ abscessum, sed excretionem subsequi. At tardi & diuturni morbi per abscessus quiescere cõsueuerunt, præcipuè si urinæ tenues & caudæ longo tempore exierint. Ibid.

15 Frustula quędam seu grumi simul cum urina nonnunquam ægrotus emittit: quæ si hordei aut lẽticulæ similitudinem habent, ab hepate malũ esse significant, sin carnis potius comminutæ, à renibus: si teredinis ac ramentisculorum, à uesica: si farris non nigri, à neruis & carnis liquefactione. Sin uerò nulla sint frusta, sed sit urina nigra omnino, à splene, si pinguis à pinguedinis liquefactione esse malũ significat. 1. in 6. Ep.

Addit Moyses.

Quod ex iam recitatis Galeni uerbis de urinarum iudicio discere potui, summatim, id est: Optimam urinam omnium esse in morbis eam, quæ laudatum & probum habeat, sedimentum, primamq́ dici, quòd concoctionem fieri indicat, alteram quæ illi & bonitate, & numero secũda esset, eam quæ turbidior omissa paulò pòst resideat, quæ concoctionem incipi tantum iudicatur. Tertia quæ turbida eiecta, rarescit quidem & attenuatur, sed in funda nil residet, quæ tempus concoctionis nondum adesse monstrat. Quartam, quę & turbida mingit̃, & sic manet: quæ à concoctione, magis quàm superiores abest. Omnium uerò maliciã superare eam, quæ tenuis raraq́ emittitur, eademq́ semper manet, quæ nullam omninò esse, nec futuræ spem concoctionis præbeat.

DE

DE SIGNIS MORBORUM. Sectio V.


Poplexiæ ſeu morbi attoniti ſigna ſumuntur ex affectione ſpiritus. Si enim reſpiratio omnino nulla ſit, peior eſſe morbus non poteſt. Sin ſit quidem, ſed intermittatur & magna cum uiolentia trahatur, uehemẽter afficitur, ſed non fieri ſimiliter. Si uerò reſpiret exiliter quidem, ſed uno ordine, minus lęditur & adhiberi remedium à diligenti medico poteſt. Ex Moyſe ipſo.

2 Amittitur ſpiritus deficientibus ui, motuq; pectoris, aut nimio frigore cerebrum occupante. Gal. in 4. Aphoriſ.

3 Delirium ex ſolo calore, nulla materia corrupta natum, ſimile eſt ebrietati. At quod ex flaua bile incenſa oritur, temeritatem, ſolicitudinem & triſtitiam infert: & plerunque ſi fortè incenſior fiat, utramque bilem

admiſceat, maniam. in 6. Aphoriſm.

4 Sternutatio in morbis diuturnis, ſi modo non ſit in pectore morbus, omnino bonum eſt ſignum, ſignificat enim concoctionem fieri & cerebri uim ualidam eſſe, in primum Prognoſt.

5 Vtriuſq; plenitudinis quantitas ex propriorum ſignorum magnitudine definitur. Si enim grauis quodammodo ſibi homo uidebitur, plenitudinem quo ad uires creuiſſe conſtabit: Sin auctus fuerit tenſionis ſenſus, auctam quoq; plenitudinē quo ad uaſa, qualitas uerò partim ex colore humorum, partim ex ijs, quæ eorū naturæ coniuncta ſunt. Gal. de ſang. miſſione.

6 Venarum tumor forſan poterit eſſe plethoricum ſignum, inſeparabileq; ubi corpus ita ſe habuerit, ut neque externa interiùs, neq; hæc illis caleant magis, nec præterea calor immodicus uniuerſum corpus detineat. Carnis autem & adipis moles, etſi eorundem multitudinem indicabit, non

non tamen eius plethoricæ plenitudinis, quę uacuationem desiderat, signum existit. Gal. de plenitudine. & paulò pòst. Iam rubor si nec ex sole, nec ex balneo, nec ex immoderato exercitio, neq; ex calore, nec ex ira iracundiáue, neq; ex alia deniq; occasione extrinseca oriatur, sed undequaq; æqualiter corpus fuerit sic affectum sanguine plenitudinis nobis indicium existit.

7 Pituitæ species (præter crudam) sunt dulcis acida & salsa: ex dulci fiunt somnolenti: ex acida cùm redundat, famelici: ex salsa siticulosi, à cruda autem deijcitur appetētia somnolentiamq; etiam efficit. Humectat enim & refrigerat cerebrum, quod est sentiendi principium: unde soporescit, quemadmodum in uigilias illabitur, si siccescat & incalescat. Ibid.

8 Aegroti iā garrulitas, iamq; diuturna taciturnitas melancholiam, cū phrenesi seu delirio iunctam significat. Quòd enim garrit, delirij est: quòd uerè silet, melancholiæ. Gal. in 3. Epid.

9 Superflui humoris inuacuatio fit, aut solutione uẽtris, aut urina, aut sudore. Cùm autem natura ex se harum trium alicui imminet, à duabus reliquis abstinere oportet. Quamobrem si per sudores crisis futura est, constypandus uenter & retinenda urina est. Sic enim faciliùs primum rigescit corpus, deinde sudat. 1. in 6. Epid.

10 Lippitudo in oculis, uel in facie sudor ægroti, pulueris modo exiccatus, malũ portendit ægroto, quẽadmodum in morbis acutis, uisus detrimentum significat, caligatio seu uisus obscuritas. Ibid.

11 Morborum symptomata etiãsi sunt grauissima si facies naturalis & pulchra appareat, non est periculum timendum. Contra uerò symptomate minimè periculoso, uultu autem à natura alieno apparẽte, nusquam est tutò fidendum. Gal. 6. in 6. Epid.

12 Melancholici ferè sunt omnes timidi, ijsq; res quam timent, si morbus simplex unaq; est, cernitur eadẽ

una.

una: at si mixtus compositusúe, gemina ipsa duplexq́ apparet. Augetũ autem iisdẽ pauor timorq́ pro morbi magnitudine: quæ uirtus animalis fore compositionem corporis sequitur. Gal. in 6. Epid.

13 Certissimum uirium signum in ęgroto est, oculorum apertio eadem quæ in sanis. 4. in 6. Epid.

14 Ex colorib. linguæ, facilé quis humor in uenis hepatis, Renum, uesicæ, & uiscerum præcipuus sit, discernitur. Si enim nigra est, siccum febremq́ ardentissimum esse signũ est. sic de cib. Gal. in 6. Epid.

15 Cibum dulcẽ & molliter suauem soli, qui sani sunt sapore discernere possunt. Aegroti reliqua possũt tantum etiam pro ratione morbi diuersa. 5. in 6. Epid.

16 Sudor frõdis aut colli, aut thoracis in ægro, uirtutis animalis debilitatem significat. Frequens autẽ cruditas & ciborum putrefactorum itẽque panis crassi appetitio, lumbricos uentris. 7. in 6. Epid.

17 Bilis atra ſemper eſt lætifera, ſiue in ſputo, ſiue uomitu, ſiue in urina excernatur. Secundùm hanc uerò flaua, ſi pura ſimplexq; ſit, cæteri humores minus periculoſi in huiuſmodi excrementis. Gal. in 2. de humoribus.

18 Bullę in lingua turgētes magnitudine pentedactyli ſignificant hominem uix diem ſecundum euaſurū. Tumor autē niger in digitis manus, orobi magnitudine, quæcunque febris ſpecie laboret æger, ſi grauem inde dolorem ſenſerit, quarto die moriturum indicat. In 6. de ſig. mortis.

19 Exactæ bilis atræ humorē, qui ex humore atro nēpe fæce, aut amuricæ inſtar ſanguinis, ſupra modum aſſato generatur, ſemper excerni ad perniciem animaduerti. Gal. de atra bile.

20 Qui in humorum cognitione & experientia eſt uerſatus, cauſam facilè uidet, cur atrę bilis excretio ſit periculoſa, nigrorū uerò excrementorū non ſit. Cùm interim inexpertus miretur

retur illud hac ratiocinatione ductus quòd noxiæ rei effluxio nullo modo nocere debeat, ſed potius prodeſſe. Ibid.

21 In uniuerſum nemo ſeruari poteſt, niſi natura ſuperauerit morbum, nec perire niſi illam morbus proſtrauerit. Morbi autem ſinguli ex ſua natura magnitudinem quandam poſſident, quàm ſi uires ſuperent omnia probè eueniant, ſin ſupra hac ipſa fuerit, opprimuntur & homo prorſus moritur. In ijs uerò aſcenſus uirium ſuperantium in concoctionis ſignis conſiſtit, quemadmodum in ijs, qui morituri ſunt in cruditatis & lętalib. Gal. de totius morbi temp.

22 Cuiuſq; partis ſuperfluitas, eã quæ illi ineſt diſpoſitionem oſtendit, ſi cocta quidem fuerit ſalubrem: cruda autem, ęgram. Veluti alui, ſanitatem, excrementa mollia, & cohærentia, & eorum exitus eadem hora, qua in ſanitate ſolebant. Et ſputũ, inſtrumentorum reſpirationis & urinæ, ue noſorũ inſtrumentorũ. 1. de Criſib.

23 Coctionis signa nunquàm malè apparent: decretoria autem est, ubi malè. Neq; enim in augmentis, neq; in principijs, sed in statibus illa apparêre conuenit. Ibid.

24 Supinum iacere & hiare cum stercore, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ sunt signa. Galen. de motu Mus.

25 Phrenitis signa modò cum febre, modò sine febre ex melancholico succo de prçassata bile facto, in cerebri uentriculi mentibus retento gignitur, nonnunquam mitior, ubi scilicet à pallida bile ortum trahit, interdum uehementior est ubi flaua bilis eam peperit: nunquam uerò eam pituita generat. 3. de locis aff.

26 Febrium ardentiũ symptoma delirium est, quod nimirum fit, elatis ad cerebrum multis uaporibus calidis. Eam autem insaniæ speciem, quã breui melancholicum uocãt, succus melancholicus inducit, ubi in corpore cerebri abundat. Ibid.

27 Affectio suffusioni persimilis à uen-

à uentriculi diſpoſitionibus ortum trahit. Namq; uentriculo cerebrum, cerebroq; uentriculus ſuas affectiones tranſmittit, propter neruorum à cerebro ad os uentriculi deſcendentium magnitudinem. Vnde & fracturas capitis, ubi ad membranas perueniunt, uomitus bilioſi, & quoſuis capitis dolores mauſea, ſtomachi'que morbus conſequantur. Ibid.

28 Eorum quibus dimidia capitis pars dolore infeſtatur (uocantur hemicronici) alij extra caluariam, alij in intimis capitis partibus dolent, fit autem is dolor, ex uaporoſi calidiq; ſpiritus repletione, aut ex bilioſis excrementis, ac ſpiritus quidem dolores tenſiuos pariunt bilioſa excrementa, mordaces, plenitudo, grauitatis ſenſum: At ſi rubor adſit & calor, calidos eſſe in cauſa humores eſt ſignũ Ibid.

29 Si afficiatur poſterior pars cerebri, reliquarum faciei partium motu & ſenſu incolumibus, ſolius linguæ motus uitiatur. Cùm enim à par

te anteriore cerebri, facies suas neruos recipiat, à posteriore uerò omnes partes, quę sub capite sunt, à qua oritur septima neruorum cōiugatio in musculis linguæ insertorum, non ab re quidem altera cerebri parte austeriore affecta, reliquæ anteriores manent incolumes: quemadmodū, parte altera anteriore affecta, sola lignæ motio uitio caret, in altera omnes faciei partes sensu & motu uolūtario destituuntur. 4. de locis aff.

30 Si in iecinore attractrix facultas quomodocunq; afficiatur, cibum quem confecit uentriculus, atque in chylum conuertit, relinquet ut liquidus excernatur per aluum, atq; hoc ipsius facultatis affectæ erit signum. Siquidem quicquid ab aliquo proficiscitur tanquam à causa, id etiam esse illius signum constat. 5. de loc. aff.

31 Phrenitidis signa seu symptomata sexdecim præcedūt, utputa immensæ uigiliæ, somnus uarijs imaginibus turbatus, rerum omnium quæ faciunt ægri obliuio, tumultuosa aut teme-

temeraria responsio, modica & exigua sitis, occipitis dolor uehemens, oculorum squalor, aut ex altero horum acris lachryma, lippitudo, uenarum tumor, sanguinis & naribus stillatio. Quo tempore nil exacte prudenter respondent: floccos uellunt & festucas carpunt, & acidiori febri torquentur, lingua quoq; ijs aspera est, nonnulliq; auditu falluntur, atq; interdum tacẽt cogitabundi. Quinetiam uel dolorifica dolore affecti, uel aliquo acrius præmente, cæteros haudquaquam sentiunt. Ibid.

32 Fluxus sanguinis, & naribus, lienis, hepatisq; soluit inflammationes ubi simul adest acuta febris, sicuti & reliquas quæ sub præcordijs fiunt feruẽtes acutasq; omnes. At per directum ex parte affecti uisceris cũ fluere oportet, ex dextra quidem, patiente hepate, & locis sub dextris pręcordijs positis: ex sinistra autem, liene & uicinis illi partibus. 3. de crisib.

33 Omnino quæ inter animalia & plantas uelociter crescunt, breui

etiam

etiam tempore cadere solent. Gal.in 2.Epid.

34 Accidit interdum in morbis q̃busdam acutis, ut uitiosi succi in pulmonem decidant, qui si sint pauci, non inflammantur, sed per sputa eijciuntur. Id uerò medici imperiti conspicantes, pleuritida cõtinuò uel peripneumoniam, sed falsò esse credũt. In 6.Epid.

35 Tussis malignæ causa est, uel humorum à capite fluxus, uel phlegmone, aut abscessus in spiritualium partium aliqua, natus, aut deniq; sanies putrida in pectore collecta. Aridæ uerò earundem partium intemperies, & gutturis ac tubi pulmonis crassities. In 6.Epid.

36 Causæ dyspnœæ seu difficilis respirationis sic explorantur. Si uideris aliquem respirantem ægrè, ita ut inter respirandum thoracis omnes moueantur musculi, pectusq; etiam unà cum scapulis attollatur, certè ex tribus unum conijcere oportem, aut uirium imbecillitatem, aut uiarũ spi-

ritus

ritus angustiam, aut uehementem in corde & pulmone caliditatem. Ac caloris quidem uehementiam indicãt, omnium thoracis musculorum distensio, uelox que & frequens eorum actio, & spiritus calidus ac feruidus. Imbecillitatem, spiritus per nares tantum emissio, narium pinnis manifestè dilatatis, nec ulla per os facta efflatione. Angustiam uerò totius thoracis plurima celer que & frequens distensio, & absque ulla efflatione exspiratio. Si uerò cõuenerint calor & angustia, quod fit in peripneumonia, nec maxima, nec frequentissima, ut celerrima spiratione sufficere potest, sed surgere conantur ægri, quod sic melius eis thorax dilatari uideatur. Difficile autem est sic affectos curare. Quod si tres omnes causę coiẽrĩt, mortem proximã adesse tumore oportet. 4. de locis affect.

37 Vexatur interdum pulmo inæquali, sicuti & æquali intemperie citra humorum affluxũ. Inęqualis quidem tussim excitat: æqualis uerò, si mode

moderata ſit, ſpirationis concinnitatem uariat, ſin uehemens & quidem calidiſſima, frigidi aëris, & potionis cupiditatem inducit, fitq́ febris tractu temporis. Frigida uerò ſi modũ ſeruarit, calidi aëris & calidæ potionis deſiderium facit, ſin modum excedit, replet uiſcus ipſum fluxionibus. Ibid.

38 Si citra febrim in pleuritide ſeroſus aut pituitoſus humor defluens excitârit ſpirandi difficultatem, æger tunc tenue ſputũ, ab initio quidem exiguum, ſed cum uehementi tuſſi, ubi uerò concoctum eſt plus atque craſſius, & cum mitiori tuſſi expuere ſolet. Ibid.

39 Pleuritidis inuadentis, ſignum certiſſimum eſt perpetuus lateris dolor, nulla cataplaſmatum appoſitione remittens. Vehementis autẽ, ſputi craſſi, lentiq́ repletio, difficulter efferentis ſe, utpote multo & uehemẽti ſpiritu ad id egentis. In 1. de mot. acut.

40 Corpora ad ſimilitudinem alicuius

cuius morbi à natuta affecta, facilè in eum incidunt, ut hydropicis similia, in hydroposim, pthisicis, in pthisim, seu tabem, melancholicis in melancholiam. Item & animorum affectus indicant. Maledici enim & conuitiatores in insaniam, similis illi uitio naturæ affectũ in fluuios cadunt, incostantes & leues ac mobiles, in delirium &c. 5. in 6. Epid.

41 Singultus si phlegmone affecto hepat accedat periculosus est, sic spasmus si uigilijs & tussis, hydropisi At sternutatio, si singultui simul incidat, eum dissoluit. Gal. de sig. mortis.

44 Intemperies cordis interdum in eius uentriculis cõtinetur, ex quo ei tremor fit interdum in corpore ipso uisceris, & tunc nullo tremore afficitur. 3. de præcog. expuls.

43 Ab accidentium proprietate, effectuum indicia oriuntur: ut quibusdã per tabificos morbos ungues adunci euadunt. Per intempestiuum horrorem cum febre, inflãmatio ad suppurationem transire significatur, per

per linguam nigricantem, ardens febris. 1. de locis aff.

44 Sicut actionum noxæ, affectã partẽ notant: sic differẽtiæ ipsum affectum ostendunt. Ea igitur sola sunt affectuum propria signa, quæ per accidens ipsos sequuntur. Ibid.

45 Melancholiæ hypochondriacæ & flatulentæ, quæ à uentriculo oritur, signa sunt, post sumptum cibũ concoctu difficilem, ructus acidi cũ eo'que & flatus, & æstus, diuiditur paulò pòst fluctuatio in præcordijs, uentriculi uehementes dolores, qui ad dorsum usq; nonnullis extenduntur: à coctis cibis quies, ab alijs ingestis eorundem symptomatum reditus, quæ interdum ieiunos, à cœna affligunt, & pituitum, adeò nonnunquam acidat uomitus, ut dentes torpêre uideantur. Præterea, mœstitiam & metus perpetua sunt illi: item certissimum si alui deiectione, uomitu proba concoctione, ructibusq; leueturis, qui laboras. 3. de locis aff.

46 Inseparabilia lateralis morbi sym-

ſymptomata ſunt febris acuta, dolor proinde ac ſi locus, uel intendatur, uel pungatur, ſpiratio frequẽs & exigua pulſus paruus, arteriam & durã & quodammodo tenſam indicans, tuſſis magna ex parte cum coloratis ſputis. 5. de locis aff.

47 Iecur declarant magna inflammatione affici grauitas in dextera præcordiorum parte, dolor tota præcordia retrahens, atq; ipſius ad iugulum uſq; extenſio: exigua tuſſis, linguæ color in primis quidem ruber, deinde uerò niger, ingens cibi faſtidium, inexplebilis ſitis, uomitus tũ ſincere, tum eius, quæ anorum luteis aſſimilatur bilis, quæ aliquando æruginis quoq; colorẽ refert. Alui quoque aſtrictio, niſi una cũ uiſceris huius imbecillitate, inflammatio ipſa acciderit. Ibid.

48 Cæcidit quidam ab alto, ita ut dorſi initiũ affligeretur, is tertio die exiguam admodum uocem, quarto nullam omninò emiſit. Reſolutaq; ſimul ſunt crura manibus illæſis, ſed

nec spirationem amisit, nec dyspnoea laborauit. Nam soli intercostaliũ musculorum nerui, qui afflatum, efficiunt, affecti erant Thorax autem & Diaphragma erant integra. Vbi igitur sedata est spinæ inflammatio à septimo die uox restituta est. Huiusmodi autem noxa per consensum spinæ cum intercostalibus musculis & gutturis. 2. de locis aff.

49 Quæ in sinus iecoris partibus eueniunt inflammationes, ut magis quàm illæ, quæ in gibbo fiunt, fastidium, nauseam, uomitum, biliosum ac sitim ingentem inducunt: sic à contraria, hæ maiori quàm illæ inter spirandum dolore laborantem infestãt, magisq́ꝫ tussim excitant, atqꝫ dolorẽ usque ad dextrum iugulum, adeò ut detrahi uideatur extendunt. 5. eius.

50 Dolores capitis in superficie quidem hærentes pericranij affectionem significant, qui uerò in profundo sunt, cerebri inuolucrorum. Atqꝫ in ijs si cum grauitate sint, multitudinem humorum cum pulsu, ob ortam inflam-

inflammationem: si cum tensione citra tum grauitatem & pulsum spiritus tenuis, & flatulenti repletionem. 2. de comp. secundum loca.

51 Dolores membranarum ossa tegentium à plerisq; dicti sunt ossiũ penetratio, quòd æger dolorem etiã interiorum partium sentiat, atque in ossibus esse existimet. Id uerò accidit plerunq; ex labore. 2. de locis aff.

52 Fieri nõ potest ut inde oriatur frigidus sudor ubi febris acuta sedet. Alioqui enim ab illis partibus calefieret, quare in partibus iam frigidis factus propter exhaustum naturæ calorem, uel iamiam exhauriendum, & extinguẽdum, nascatur necesse est. Significat autem aut mortẽ esse propinquam, aut morbum fore diuturnum, quod posterius ubi superflui humoris copia est, sæpius euenire solet. in 4. Aphoris.

53 In morbis diuturnis, ægrorum digiti ferè sunt frigidi: at in hecticis febribus calefiuntur, quòd huiusmodi ægrorum digitis minimum carnis

inhæreat, ex hoc cutim perſpici poteſt, quod in partib. ſolidis febris maximè contingit. Gal. in 2. Prognoſt.

54 Sudores tam ſanorum, quàm ægrorum ſunt ſalſi, ſed hoc differunt, quòd ægri ſudor humorem corruptum, unde eſt ortus magis ſapore referat. In 2. Epid.

55 In hypochodriacis affectibus, manum imponēs parti affectæ principio doloris, ut ex his ſentias primùm ſine phlegmone an ſcirrhus, an uerò flatus, an purulentia, an ſtercoris repletio, an aliud. Tū cognito affectu ſolutionem aggredieris. In 2. Epid.

56 Appetitionis uis amittitur aliquando ex humoris cuiuſdam mali, in ore uentriculi repletione fortaſſis etiam ex hepatis corrupta natura ex quo maximum ægroto deſiderium mortis ſolet accidere. quia nihil ſapiat. In 3. Epid.

57 Apoſtematum omnium leuiſſima ſunt, quæ extra corpus apparēt, & ſecundùm hæc, quæ acuta ſunt, cō

traria

traria uerò his pessima. Ex ijs uerò quæ ad maturitatem producta uacuantur per se, ea quæ undique æquè cocta fiunt, neque in ambitu obduruerunt. 1. in 6. Epid.

58 Spasmus ex percussione aut medicamine purgantis potu profectus, malum signum. Rursus uerò in τετάνῳ, id est, distensione ceruicis, quod est spasmi genus, præsentanea mors. De sign. mortis.

59 Pustulæ nigræ post aures magnitudine circiter orobi natæ, & sitis simul uehementior mortis signū est. Alioqui certè si etiam crura defluxerit chynnus, difficillimè curatur. Ibid.

60 Quemadmodum intestina citra alicuius auxilij spem ulcerantur ab atra bile, à flaua autem difficulter curantur, sic in profundo sitis accidit cæteris partibus, ijs pręcipuè, quę intestinis sunt nobiliores. Intestinorū enim curatio facilior eo quod medicamina, quæ per sedem iniiciuntur, statim locis affectis occurrunt, quod in cæteris fieri nequit. Gal. de atra bile.

61 Lien malè affectus, uel ex inflammatione, uel ſcirrho, uel imbecillitate, ad nigrũ conuerſus colorem uitioſum in toto corpore efficit. Ibid.

62 Alui excrementum optimum (aut Hipp.) eſt molle atq; coniunctũ quod ea hora exierit, qua ſanitatis tẽpore conſueuerat, & cuius quantitas eſt pro ratione cibi aſſumpti, itemq; leue, & non admodum fœtidum, & ſubruffum. Tale quidem concoquẽdi uim in inferiori uentriculo ualidã eſſe oſtendit, aut in uentre, neq; in circumſtantibus organis erratum eſſe. 1. de Criſib.

63 Alui excremẽta, leuia quidem & cohærentia, & ſtatis horis ſoluta, ſed non pro quantitate cibi aſſumpti ſignificat in inteſtino colo, aut alio quodam tenui retentam eſſe materiam, quod periculoſum eſt. Ibid.

64 Incoctum alui excrementum eſt album, tenue, aſperum, humoris expers ac ciborum retinens qualitatatem. Ibid.

65 Secundum genus excrementorum

torum non ex ciborũ fit dispositione sed ex confluentibus à toto corpore ad uentrem superfluitatibus, quod si sit uiride, indicium bilis æruginosæ existit pernitiosum. Si autem nigrũ, uel atrę bilis, uel sanguinis eo loco ꝑusti. Ibid.

66 Per hepatis imbecillitatem, excrementa alui aquę in qua carnes nuper mactatæ ablutæ fuerint, assimilãtur. At in peripneumonicis maxillæ uidentur cubeæ, &c. 1. de loc. aff.

67 Contingit plerunq; ut uel erosa, uel rupta uena, sanguis tussiendo, affatim eijciatur: at si spumosum sit aliquid simul eductum, efficacissimũ est, ipsum educi à pulmone indiciũ, multoq; magis si brouchi pars quæpiam aut arteriæ, aut uenæ tunicæ, aut etiam pulmonis ipsius carunculæ reijciatur: itemq; si nullus dolor infestat eos, qui sic afficiuntur. 3. de loci affect.

68 Efficacissima exulceratorũ renum coniectura est, si exiguæ carunculæ, atq; interdum sanguis per uri-

rinam excernantur, utpote quas, renum essentiæ partes, easq́ ob uehementem ulceris erosionem auulsas esse constat. 6. de loc. affect.

69 Sanguinem egerunt ac uomiunt sæpissime phœnicum, & uerum aut certè ueri similē, quibus aut pes, aut manus incisa est, itē quibus menses, hæmorrhoidesq́ suppressæ sunt, ac plerunq́ etiam, qui ab exercitio consueto destiterunt. At quibus ex rupto in uisceribus ulcere, saniosum & fæci potius similem. 1. de loci aff.

70 Si quid ueluti humidum in excremento apparuerit, ubi non fuerit tale aliquod intra corpus sumptum (id quod semper intelligendum est, in excremētorum signis) partium internarum ualidum frigus, ac mortificationem ostendit. Si uerò pingue, pinguis colliquationis, si glutinosum, colliquationem solidarum partium portendit, quæ multo est periculosior. 1. de Crisib.

71 Excrementa uehementer fœtida, si fœtoris causa non est ex cibis sum-

ſumptis, uehementem putrefactionem indicat, & ibidem. Excrementum ſtrideum flatum quidem ſibi cũ tenui humiditate permiſtum eſſe declarat: organa autem in unum coarcta atq; in anguſtum reſtricta. Spumoſum feruorem humorum, uel flatus alicuius cum humiditate colluctationem: quorum illud immoderatæ caliditatis corpus colliquãtis, hoc uerò inæqualis perturbationis effectus. Varium, uarijs corpus affectibus eſſe obnoxium oſtendit, & ob hoc ipſum & diuturnum, & malignũ exiſtit. 1. de Criſib.

72 Morbis uentriculi ſymptomata eiuſdem etiam commiſcentur, ut in ipſius cõmotione, quæ ueluti conuulſio eſt, eiq; per ſingultum accidit. uentriculus enim per ſingultum praué cibos amplectitur, conaturq; deprauato illo conuulſiuoq; motu, etiam moleſta expellere. Id autem accidit ei ex imbecillitate. 3. de cauſ. ſymptom.

73 Excrementa nigra ſignificant

aut adustum humorem, aut putrefa-
ctum dominari, aut certè melancho-
lici defluxum. in 4. Aphoris. & pau-
lò pòst. Eadē in principio morbi, he-
patis affectum pestiferum, post uim
autem morbi bonum significant.

74 Appetitionis amissio princi-
pio morbi orta ex biliosorum humo
rum ab hepate ad uentriculū fluxio-
ne, non est mala: At ubi iam produ-
ctus est morbus, facultatis exhaustæ
periculosissimum est signum. In 6.
Aphoris.

75 Grumos uocatos, nempe san-
guis bolos non solum eos, qui in ue-
sica, sed multò magis eos quoq; qui
in intestinis, uentriculo atq; thorace
nonnunquam continētur, animi de-
fectio & color pallidus sequi solet,
pulsus uerò paruus obscurus, & fre-
quens apparet, laboransq; ipsi cum
anxietate resoluitur. 6. de loc. aff.

76 A'locis etiam morborum indi
cia sumuntur, ut soli oculi suffusione
laborant, & lapis in uestica & renib.
duntaxat nascitur, at ut nōnullis pla-
cet

cet etiã in colo. Lumbrici in intestinis &c. 1.de locis aff.

77 Qui caput ob humorem biliosum dolent, ijs signa similia sunt ijs, quæ ab ardore proficiscũtur. Maior tamen his morsus & faciei pallor, & nõnunquã oris amaritudo, ætati autem uigoris, temperaturis calidioribus & uitæ sollicitæ, & ijs qui flauam bilem accumulant præcipuè contingere solet. 2.de comp.secundũ loca.

78 Eis autem qui ex ardore caput dolent cutis tactui aridior ad primũ contactum apparet, oculosq; rubros habent, ac frigidis tum perfusionibus, tum illitionibus oblectant. Qui autem ex frigore, ijs facies decolor, minimeq; arefacta conspicitur, & frigidis, neq; gaudent, neq; iuuantur. Ibidem.

79 Maximè quidem artis curandi coniectura in affectionum cognitione consistit, quæ ubi inuentę fuerint curationem non coniecturaliter, sed scientificè indicant. 2.de comp.secũdùm loca.

Addit

Addit Moyses.

Noui equidem medicorum sentẽtiam, ut tres dicant esse uirtutes corporis, animalem, uitalem, & naturalem. At ego hoc loco omnes uno nomine actiones corporis uoco, atque harum nobilissimam, spiritus: secundam, pulsus: tertiam sensus. quorum etiam primum pono uisum, secundũ hunc auditum, tertio loco cibi & potus appetitionem, quarto sermonẽ, quinto memoriam ac imaginationẽ. Postremò motum cuiusque organi proprium. His uerò cognitis, naturę nomen æquiuocum seu omonymũ esse sciendum erit, de multis enim dici diuersa ratione ex quibus præcipua illa est uirtus, quę ab ipsa denominata naturalis appellatur. Eam uerò existimare æquum est totum corpus regere, & ipsius nobilissimas actiones edere, generationẽ, augmentum & nutritionem, quarum uim omnium etiam seruare conatur.

Quod si parte aliqua ab alio lædatur, ei obsistit, repellitq́, quantum potest,

test, uerûm si infirmior ipsa succumbit, tum debilissimo membrorum adhęrescit eiusq; actionem coacta quidem, qua minimum potest, offendit. Si autem amplius cogatur, ad illas quoq; descendit, eisq; nocet, sed inuita: quo fit ut ne accusari quidem iustè possit. Ex ijs igitur perspicuũ est, quo modo facilè distingui lętiferi morbi à contrarijs debeant, atq; indicijs colligi, quę sit ipsius naturæ uis & facultas. Si enim neq; inspiret, neque exspiret corpus haud dubiè signum est omnis obitæ & defunctę illius actionis. Idemq; de pulsu, de cęcitate, de uentriculi deiectione, de sermonis priuatione, de mentis perturbatione, uel de omniũ quadam intermissione iudicandum. Hęc uerò signa dicũtur quidem omnia interitus. Idq; pro facultatis lęsę ratione.

Quapropter apoplexia si sit grauis, non potest, non esse perniciosa, sin leuior, at curatu quidem difficillima, ut ait Hipp. nec fieri certè aliter potest, cum in ea deficiant pręcipuæ

natu-

naturę actiones, quę sunt spiratio, recta mentis constitutio, Sermonis usus, sensus & pulsus. Certum est autem huius pestis causam, non ex unius instrumentorum simplicium affectu proficisci, sed ex uniuersę animalis corporis facultatis esse. Alioqui non ita deiecta corpora fore, cũ multos phreniticos, qui ex solius cerebri melancholica affectione laborant, diutissimè superesse uideamus. Multos cœcos, surdos, claudosq́, lõgissimam uitam uiuere, quòd uidelicet unica tãtum parte, non totius corporis affectione laborent. Hanc ergo definitam sententiã, id est, aphorismum notari à lectoribus, hoc nomine maximè cupio, quòd continere maximam certè prędictorum signorum partem uideatur. Hactenus Moyses.

80 Ego etiam aliquot symptomata ex methodo & arte comperi, quę eadem in sanis morbum & in ęgris salutem pręnficient, quorum hoc unum est clarissimum. Somnus altior

solito.

solito. Itemq́ maxima cibi auiditas & sternutatio uehemens. Hęc enim in sanis periculosa, & in ęgris salutifera ut plurimũ uisa sunt semper. Galen. comp. 7. in Tymęum.

81 Maximum sanè existit indiciũ pleuritidis si pulsus sit magnopere durus, ob idq́ similiter paruus & ob ambo hęc, caloremq́ creberrimum. Pleuriticus namq́ cum tali pulsu est nullus unquã seruatus. 4. de pręcog. ex pulsib.

DE CAVSIS *morborum specialium.*

SECTIO VI.



Causæ antecedentes quæ robur facultatis adaugent partim in ipso insunt corpore: ut humores semi cocti adhuc & crudi, qui iam concoquantur, & naturæ ad indicationem impe-

impetus,ac præterea iracundia. Partim adueniunt extrinsecus: ut uinum rebus, modicæ exercitationes, & omnia quæ intemperies corrigunt. Deprimunt uerò facultatem inedia uigiliæ, solicitudines, mœrores, uacuationes immodicæ, uehemẽtes dolores, uel cum quadã proprietate accidentes, ut stomachicus affectus, qui animi deliquium inducit. Deprehendũtur autem præteritæ causæ ex presenti constitutione, quàm pulsus omnium primam indicat. 1. de precog. ex puls.

2 In febribus considerande syncopes, id est, defectus animi & exolutio, quæ duo nomina de unica re dicuntur, cuius plures sunt causæ. Siquidem non solum per uarios affectus corporis, sed etiam uehementissimis animi perturbationibus exoluti quidam fuerunt præcipueq́ senes & natura imbecilli Etenim complures eorum tristati, aut lætati, aut irati animo defecerunt, & qui robustiores erant, ex immodicis uacuationibus,

bus, aut absceſſu rupto & materia ad uētriculum, uel ipſius os defluxa, ex dolorum uehementia, ex neruo percuſſo, & muſculi capite, & maligno in articulis ulcere, immoderata quadam caliditate, uel frigiditate. Inflammatio præcipuæ cuiuſdem partis, & multis alijs idē pariuntur. 1. ad Glauconem.

3 Accidit nōnullis colliquatio ex angore & triſtitia, itemq; intemperies ex nimio deſiderio nimioq; amore, & ſumma habendi dominandiq; cupiditate. Cuius rei cauſa eſt, quòd ſic affectionis nulla fiat concoctio, neq; in uentriculo, neq; in uenis aſſidua iſta animorum contenſione pręperditis. 3. in Hipp. de humorib.

4 Cur robuſtiora ſint dextræ partes, ſiniſtris cauſa, hepar in dextro latere ſitum, & inclinatio cordis ad ſiniſtrum latus minor, quàm ad dextrū. Nam ſi paulò magis ad illud declinet fieret ſiniſtrum robuſtius maximè his accedente hepatis uirtute & magnitudine cōmoda. 6. in 7. Epid.

5 Omnis doloris causa (qui solis sensibilibus partibus contingit) est aut continuitatis diuortium & solutio, aut aliqua alteratio non sensim, sed confertim & uiolenter facta. Nã quæ sensim fit motio nulla generat morbum. Ipsam autem continui solutionem necesse esse uel ruptionem quæ ex distensione, uel contusionẽ, quæ ex grauante aliquo, uel erosionem, quæ ex mordẽte prouenit qualitate. 12. Methodi.

6 Signitur omnis phlegmone, uel ob confluxũ sanguinis copiosioris si quàm pars postulet: quo tumore obsessa particula auctior, quàm pro naturali habitu calidior, & rubicundior redditur, tenditurq́ ac tangenti renititur, cùm dolore ac pulsatione sensibili. 13. Methodi.

7 Superuacanea quę expelluntur à ualentioribus partibus, ea semper in imbecilliores procumbunt. Vnde accidit ut glandulosa corpora, cùm sint omnium imbecillima, facilè fluxiones illas recipiant, tumoribusq́

præter

præter naturam (quos bubones uocant) celerrime corripiantur: tum alias, tum uel maximè ubi propter magnam arteriam, aut uenam fuerit ulcus aliquod ortum. Ibid.

Moyses de causis Syncopes.

Galenus in syncopes curatione, nec causas distinguit, nec omnes diuidit, ut Methodi ratio postulat, & sicuti idem in alijs facit, febres enim p genera distinxit, deinde singularum causas assignat. At syncopæ causas neq; specie discreuit, neq; definiuit, sed tamen ex hac & ex illa esse causa dixit, quòd in eo authore profectò mirum est. Postea tamen ubi sententiam exposuit, quatuor esse eius causas colligit, quibus etiam si uidetur (inquit) addes intemperiē membrorum Miror sanè hoc loco cur non omnes certo numero comprehenderit ut alibi passim solet, sed ad me reuertat. Illius loci difficile est profectò sententiam consequi, quàm tamen quam breuissimè potero exponam. Oportet enim medicū uniuersas syn

copes causas prospectas & memoriæ infixas habere, ut cum opus erit conuenienter curet & possit ne fiat, prohibere, euentumq́ symptomatis repentini prædicere, atque annunciare. Nam quemadmodum ait Menon filius Zor. Qui syncopen non præuidit, aut præuisam non annunciãtur, profectò mortui hominis homicida est. Verùm enim est illud Menonis dictum, & qui causas syncopes mouit eius euẽtum facile uidet, eiq́ obsistere debet quãtum potest. Quod si tam citò prohibere nequit, at prædicere certè potest. Propterea hoc loco definire & eius species distinguere uisum est, ut pronoscatur quid sit illa, idq́ aphorismis quinque faciã ex Galeni libris desumptis, qui bus interdum aliquid de meo addẽs quò dilucidior sit oratio, non reprehendat.

Primus igitur erit eiusmodi, Syncope præceps est repentinusq́ uirium lapsus. Virtus enim corporis temperie membrorum, spirituum, & humo rum

tum omnis continetur, nec quãtitatis ſolum, ſed etiam qualitatis modũ poſtulat. Deficit uerò horum intemperie, ex qua ſyncopes tria ſumma genera exiſtunt, quæ rurſus ſingula quantitatis, qualitatiſq́ue ratione in duo diuiſa, ſex ſimul ſpecies gignũt, ſi membrorum duas totidemq́ humorum & ſpirituum.

Membrorum igitur quantitatis q̃dem ſyncope eſt, eum aut diuturnitatem longorum morborum, aut ui uehementiaq́ acutorum, aut febre ardente, ipſorum eſſentia minuitur & undiq́ reſoluitur. Qualitatis uerò, cum temperamentorum quatuor, frigid. hum. ſic. & calid. aliquod multũ à modo & mediocritate ſua receſſit.

Spirituum autem quantitatis quidem ſyncope eſt eorum eſſentiæ, uel naturæ reſolutio ac imminutio, à uehementiori quodam motu profecta: ueluti gaudio, ira, triſtitia, dolore, timore uigilijs, &c. quę poſteriora per ſe eiuſmodi ſunt, ut uehementer ſpiritus conficiant, uel ab inſtrumento-

rum ſpiritualium diſſolutione ac poroſa laxatione, uel ab alimentorum inopia, uel deniq; à nimio grauioriq; defluxu, quæ duo etiam ad membra & humores, ſed Galenus tamen propriè ſpiritibus attribuit. Qualitatis uerò, cum immutantur aut ueneno corrupti, aut morſu tactuúe uenenati animalis labefactati. Eadem certè in humoribus quoq; eſt ratio.

Syncope enim eorum quantitatis è cum uel deficiunt, uel non ſuppeditato cibo areſcunt extinguũturq; unà cum calori naturali, aut certè nimia ſui copia ipſum ſuffocant & obruũt calorem. Qualitatis uerò, cum à temperamento & mediocritate ſua recedunt, ut cum craſſiores fiunt & acriores.

Ex his ergo conſtat genera ſyncopes eſſe ſex, ſpecies uerò una & uiginti. Primi enim generis quod in membrorum quãtitate ſitum eſt, tres ſunt morbus chronicus, ſeu diuturnus, morbus acutus, & febris ardens. Secundi quod in eorundem qualitate

con-

cõstituimus, quatuor calefactio, desiccatio & eorum contraria. Tertij quod fuit in spirituũ quantitate tres, corruptio, ueneni sumptio & morsus, aut contagio uenenata. Quarti in eorũdem qualitate positi septem, instrumentorum spiritualium dissolutio, eorundem porosa laxatio, motus spirituales, dolor, uigiliæ, inedia & uacuatio immodica. Quinti duæ: copia humorum & eorundem inanitio. Sexti deniq; itidem duæ, humorum deprauata substantia in acriores & mordentiores, aut in crassiores lentiores, mutata. Idem Moyses.

Si uitare (inquit) syncopen uoles, in quolibet morbo, uidendum est, ut cerebrum cor & hepar, tres præcipuas corporis partes, itemq; uentriculi os propter eius cum illis consensum, ab omni offensione prohibeas, nec id solum, sed etiam quantum potest, auxilierit. Id uerò facies medicamentis ipsorum naturæ, quàm maximè poterit fieri, simillimis cõquisitis atq; adhibitis, animali quidem parti, quæ

est cerebrum aromanticis & suauissimis ac flagrantissimis odoribus. Spirituali, quæ est cor, aëris iucunda & tranquilla ac serena leuitate. Naturali uerò, quæ est hepar meatuum reclusione, purgationeq; squallidarũ partium, & medicamento: item abstergente & cordis sanguinem attenuante, cibisq; optimum sanguinem facientibus & similibus. Ad uẽtriculum uerò adiumenta cõcoctionis admouebis, quò aptẽ & maturẽ fiat. Atq; hæc si sic obseruaueris, nunquàm fieri poterit ut in syncopem incidas.

8 Inanitionis corporis & lienis indurationis hæ causæ sunt, quòd hepatis imbecillitate concoctio in uenis non potest compleri, ex quo nulla ad cætera mẽbra proferri possunt alimenta. Destituuntur igitur & inanitione attenuãtur. Splen uerò, quia fecem sanguinis ex hepate ad sui alimoniam trahere, est natus imbecillo hepate fortiùs trahit, & ita induratio nem incurrit. in 2. Hipp. de uentis.

9 Melancholicis corporibus, id est frigi-

frigidis & siccis inimicissima est Venus. Gignit enim in hypochondrijs, flatulantos, humores crassos, à quibus inflatum corpus uehementer affligitur. 3. in 6. Epid.

10 Attenuantur corpore quando facultas alteratrix infima est, aut uenæ & arteriæ corrupto sanguine replentur. Augentur uerò contrarijs id est, ualida uirtute alterandi, & uenis omni corrupto sanguine uacuis existentibus. 3. in 7. Epid.

11 Dolores ex humoribus fiunt sex illis modis, plenitudine, crassitie, uiscositate, calore, frigore & mordacitate. in 1. Hipp. de humorib.

12 Ex humoribus mutantur qualitates, & uicissim ex qualitatibus humores, ut in bile cernitur. Vbi enim bilis est calidior gignitur iracundia, & ex iracundia rursus biliosi humores. 3. de humorib.

13 Prurigo seu ulcerosus affectus ex succis mordacibus & acriter pungentibus gignitur in partibus carnis exterioribus. Estque motus propè si-

milis titillationi alarũ, uel pedis plantarum. 3. de ratione uictus.

Addit Moyses.

Mordaces tenuesq́ue succi per carnem & cæteras partes sensibiles effusi unum ex quatuor illis, quæ Galenus recensuit lib. de Plenitudine gignunt, id est, pruritum, ulcerosum sensum, horrorem aut rigorem. Nos huius Aphorismi etiã suprà meminim⁹ in significationibus morborum. Hic autem, de quo agitur tum opinio efficitur, cùm humor mordax non est tenuis, nec pars omninò sensibilis, sed crassiusculus & in partem nõ primò sentientem cadit, ut hoc tantũ ab ulceroso illo differat. In summa, is est rigor quo partes uehementer quatiuntur de quo & similibus affectibus idem Gal. lib. de Symptomatum causis, sic ait. Vt prædictorum symptomatum causas accuratiùs exponam, exigua quidem est tenuis, salsa & immota in Pruritu. Exigua tenuis erodens, immotaq́ue in lassitudine ulcerosa multa, salsa, crassa & immota in le-

pra

pra psoraq́ꝫ. Pauca tenuis mordax ac breuem motum possidens in horrore. Vehemẽtem autem & mordaciorem in rigore, & 2. de locis aff. ulcerosum dolorem seu pungentem nõ ad cutem solùm, sed imas quoq́ꝫ partes, ut ossa extendi.

14 Rigor nõ solum ex atra aut flaua bile (ut in tertianis & quartanis) sed ex pituita ultra modum frigida, quàm uitream appellauit Praxagoras, fieri cõsueuit, idq́ꝫ in mulieribus magis, & qui in ocio uitam agunt, qui rigor tamen uehemens non est, & quiescentibus: nulloq́ꝫ modo motis corporibus ipse etiam conquiescit. Huiusmodi affectui attenuantia adhibeo. Principio quidem medicamẽ diatrion pipereõ propinato, subinde uerò nostro ex calamintha, deinde & ex succo cyrenaico composito, quod quartanę exacerbationibus maximè confert. Gal. de Rigore.

15 Sanguis niger crassus & multus, tribus præcipuè de causis fieri solet, quæ nõnunquam coëunt, sæpius uerò

uerò solæ accidunt. Prima est hepatis affectio, huiusmodi gignendo apparata: altera ciborum crassi succi usus, id est, esus & potus. Tertia uerò splenis imbecillitas qua ex hepate uitiosiorem succum ad se trahere non potest, effundiq; sinit per omnes reliquas corporis partes. 2. ad Glauconem.

16 Humores uitiosi credendi uim habentes, aut medicamenta abstergentia, plus æquo ualentia, si carni accidant ulcera, seu uulnera gignũt. Sin autẽ ossi fracturas & cariem. Galen. de causis morb.

17 Nonnullos uidimus ob frigidiora alimenta morbo attonito, aut epileptico correptos, aut alio quodã refrigeratos, id quod ex ebrietate, uel maximè accidere solet. Quanquam cum modice haustum, cum familiare alimẽtum sit, mirè calorem auget. In uniuersum autem omnes cibi optimi, qui animali plurimũ nutrimenti adferunt, si supra modum sumantur frigidos morbos generant, sicuti

& cæ-

& cætera, quæ natura sunt refrigeratoria, cùm similiter ingeruntur. Ibid.

18 Omne delirium deprauatum est principis facultatis motus à prauis succis, aut cerebri intemperie ꝑfectus, qui Phrenitis dicitur si febris adsit, si absq; febri, mania. Solæ autẽ melancholicæ alienationes à frigidiori succo produci solent. Nam Phrenitis non simpliciter ob calidos succos accidit, sed tum solum, cùm phlegmonem, uel in cerebro, uel ipsius membranis producunt: & quæ deliria in acutissimarum febrium uigore oriuntur, mordacem calidumq; uaporem habent cerebrum occupantem. Gal. 2. de sympt. causis.

19 In omnibus autem animi alienationibus, si timor atq; tristicia diu perseuerent, atram bilem in causa esse indicium est. Quòd uerò rationali animæ timorem inducat, nil mirum est; cùm sit ipsa tenebris simillimus humor, quibus in exterius rebus, nil nos magis perterrefacit. Quod in flatulento illo morbo, quem hypochon

dria-

driacum uocant, uidere etiam indies licet. Ibid.

20 Differunt dolores, rei quæ ipsum efficit, aut multitudine, aut crassitudine, aut potentia, siue sit humor siue spiritus flatulẽtus. Paucus enim plurimò, tenuis crasso, permanẽs motos & quod minùs refrigerat, eò qui uehementissimam refrigerandi uim habet, minorem excitat dolorem. 2. de locis affect.

21 Inter dolorũ differentias, punctorius dolor potissimum circa membranas consistit. Membranarum autem dolores in latitudinem protenduntur, uidẽturq; esse æquales quòd illarum corpus existit æquale. Semper tamen ubi intenta particula sensu acutiori est prædita, ibi uehementior infestat dolor, & paulò pòst. Quod autem membranam, quæ ossibus adiacent, dolores profundi sint, & ueluti dolentium ossium quandã imaginem referant, non mirandum est. Ibid.

22 Vbi ingens in hepate inflamma-

matio

matio oritur, aut ubi ipsum est indu-
ratum dolor, qui tūc iugulum in de-
xtra parte infestat, cauæ uenæ magis
quàm membranarum tensionem se-
quitur. Ibid.

23 Crassi humores, qui in cerebri
substantia abundant, interdum ei ue
lut instrumentali nocent, s. cùm mea
tus obstruuntur, interdum uerò ut si
milari, uidelicet cum alteratur tem-
peramentum in quo est mens, uel a-
nima. Proinde ab Hipp. dictum. Me
lancholici plurimum comitiali mor-
bo, & contrà epileptici, plurimū me-
lancholici afficiuntur. Atque horum
utrumlibet magis accidit, prout in
hanc uel illam partem infirmitas ce-
pit. Si enim in corpus ipsum, id est, si
meatus obstruuntur epileptici. Si ue
rò in mentem temperamentum me-
lancholici. Cùm autem nō solum ab
atra bile, sed à pituita etiam morbus
comitialis oriatur, sciendum est solū
eum qui ab atra bile ducit originem,
in melancholiam transire posse. 3. de
locis affectis, cum uidelicet crassi-
or co-

or copiosiorquê euaserit.

24 Durities accidit arteriarum tunicis, aut congelationem, aut ob tensionem, aut siccitatem congelationẽ uehementes algores efficiunt: tensionem inflammationes & duri tumores, itemq́ neruorum dispositio inflammationibus correspondens. Siccitatem uerò euacuationes diuturnæ, & longi temporis fauces, & diuturnæ febres ardẽtis. In uniuersumq́ omnes affectiones solidas particulas uehementer exiccantes ut hecticæ febres, &c. 1. de dominis febrium.

25 Qualis est in uentriculo expultricis facultatis per uomitum actio, talis est per tusses in pectore & pulmone, ad quas referuntur etiam sternutamenta, quæ humores, qui in arteria contumaciter hærent, & qui difficulter expectorantur magis quàm tusses euellunt, utpote ualidiorẽ spiritus impetum habentia, quæ non solũ ob ea, quæ asperis arterijs, sed quæ naribus molesta sunt, & præoribus uentriculis cerebri sortiuntur. Maximum

mum autem præsidium adferunt capiti repleto uaporibus, nisi ob destillationem accidant. 2. de symptom. causis.

26 Quod neruus quidem ad radicem dentis substratus aliquando doleat, imponat autem nobis ut credamus ipsum dentẽ dolore, rationi consentaneum est. Dẽte enim exempto remanet adhuc exigua portio doloris, qui ob nerui inflammationem cõtingit. Grauior siquidẽ erat antè ob uicinitatem duri dentis à quo tendebantur. Eo uerò amoto liberius nũc perspirat & est leuior. 5. de cõp. med. secundùm loca.

27 Forantur dentes ab humorum acrium & erodentium influxu, sicut & cutis exuberatur, sed ossa rarius, & ægrius ob duritiem, quàm cutis ipsa patiuntur.

Liuidi autem redduntur uitiosorũ etiam influxu, unde similem curationem recipiunt. Vtrisq; enim resiccatio uitiati humoris influentis medetur. Qui si paucus fuerit per localia

exiccãtiaq; auxilia absumetur, si mul tus, uniuersi capitis procuratio habē da est. Exiccantia autem mediocriter intelligo non ut quidam uehemēter, qui uitijs siccatione curandis, non nisi uehemētissima quæq; adhiberi uo lunt. Ibid.

28 Neruosis partibus inflammatis prōptius, quàm reliquis delirium superuenire solet, idq; ascendente ad caput per continuas partes solo calore, interdum spiritu uaporoso, uel fumoso, uel fuliginoso. 3. de locis aff.

29 Tremor imbecillitate facultatis, quę uehit atq; mouet corpus afficitur. Etenim animalium partes graues cum sint, deorsumq́ue ferri natæ, ex se moueri nequeunt, sed facultas primùm musculis per neruos delata, quasi uehiculum atq; ala, motus ipsarum est, quæ facultas si deficit omninò partes omni motu priuatæ, instar aut expilatæ ex aëre, concidunt. Sin exigua & debilis tamen fluat, ut corporis pondus uehere & librare, pro magnitudine nequeat, partē sic affe-

ctam

ctam cum tremore dehiscere est necesse. Siquidem motus coacti uiolentiq; qui uires debilium superant, fiũt sanè tremuli ut constat in onera gestantibus, & in timore correptis. Timor quippe facultatis robur nihilominus (quàm onus imminuitur potest) & in senibus, qui imbecillitatis causa tremuli uadũt, & in quibus ob ægritudinem lõgiorem, robur facultatis minutum est. Galen. de tremore palp. &c.

3 Spasmus seu neruorum cõuulsio ob inanitionem, uel plenitudinẽ fieri solet, teste Hipp. Ex inanitione & ariditate quidem si conuulsio sit, uel à labore, uel à uigilijs, uel fame, uel solicitudine, uel arida æstuantiq; febre, qualem est uidere in phreniticis. Ex plenitudine uerò si tumulento cuipiam & omninò pleno accidat. Sic enim epilepsia est conuulsio non ex ariditate, sed repletione crassi humoris uiscidiq; spiritus, meatum in cerebri uentriculis obstruentis, neruorum principio sese quatiente, quõ

expellat à se id quod infestat. Nec ꝑpetua ea est (ut in opisthotono, uel emprosthotono , uel tetano contingit, id est, conuulsione partium anteriorum, uel posteriorum, uel utrumque) sed temporis interuallo accidit. 3. de locis affect.

31 Tremorem efficit etiam humorum copia solidis pertibus conclusorum, qui cum exire nitantur nec liber sit exitus ob massam corporum solidiorum, concutiunt ipsa ui, fitq; motus tremulus. Huius autem curatio ut ipsa causa, est simplex, nempe castoreum potum, uel superpositũ. Calefacit enim hoc & desiccat pręcipuè hanc ægritudinem, ex his uerò constat frigidã esse tremoris causam. Galen de rig. trem. palp.

32 Non solùm mordax causa, sed ea uehementer mota requiritur, si rigor fieri debeat, atq; hoc tam calidæ, quàm frigidę causæ est, commune ꝙ utraq; corpus cum dolore commoueant. Idcircò per tertianas quartanasq; febres, quamuis à contrarijs orian-

riantur humoribus, rigor tamē inuadit. Etenim ut atra bilis est frigida, sic flaua calida existit. Mouentur autem ijs, qui aut cruditate, aut malis succis repleti sunt, aut in sole æstiuo, uel balneo diu morati sunt, aut deniq; qui seipsos exercuerint. Ibid.

33 In rigore flaua bilis non per uasa, sed per carnosas partes mouetur, in horrore uerò cutis tantum afficit, atq; hic idem motus est in cute, qui rigor in uniuerso corpore. Ibid. & 2. de febre. Sicut horror est minor & remissior rigore, ita rigor inualidior & frigore.

34 Tres sunt præcipuæ causæ cur in anguia, laborans inter spirandū, totum thoracem moueat ad iugulū ceruicem, & scapulas usq;. Vna est flāmea in pulmone & corde caliditas. Secunda in altero spiritalium instrumentorum, scilicet cord. & pulm. angustia. Tertia facultatis musculos mouentis imbecillitas. Quæ si simul omnes in ægro concurrant, moritur, uel certè difficillimè curatur, sin uni-

ca uitiata sit actio neruum solum, uel musculum læsum, idem pati contingit: idcirco peculiari opus est finitione, ut sciatur, seruabitur'ue æger, an morbo succumbet. 4. de locis affect.

35 Tussis diuturna nonnunquam ulcere in testiculis orto curata est, ꝓpter utriusq; generis partium pectoris & procreationis consensum. In 2. Epid.

36 Bifariam accidere potest, ut uehementer tussiendo pauca quis expuat, nempe aut ob lentum crassum 'ue humorem, aut ob impensè tenuem. Siquidem tenuis humor cũ subleuatus est, inter tussiendum à spiritu diuisus refluit: Lentus uerò aut omninò crassus difficulter effertur, utpote qui non tam facilè à corporib. quibus impactus est abstergi, neq; à quouis spiritu nisi à uehementi, & multo potest impelli. 4. de locis aff.

37 Qui uocem attollere cupit eũ latissimè os aperire conuenit, ut amplior ingrediatur spiritus. Deinde & guttur ut altissima uox possit emitti. Qui

ti. Qui igit latissimè aperire possunt, magna utuntur, qui uerò minus, minori, quæ causa est uocis in mulierib. pueris & eunuchis, acutioris. Gal. in Hipp. de somno & uigilia.

38 Vox impeditur, uitiaturq́ ferè ex humorum, crassorum, lentorumq́ copia pulmonis meatibus inhęrentium. 4. in 5. Epid.

39 Afficitur uentriculi uniuersa rapacitas similibus affectionib. quibus & os illius, cæterum non perinde uehementibus. At quia cõcoctionis opus perficit in partibus ori subditis, necessum est eas ipsas partes cũ malè dispositæ fuerint, cruditatis causam existere. Quippe ad propriam eius rationem pertinet tum fastidire, tum natãtes cibos corrumpere. 5. de locis affect.

40 Hypochõdriaci flatuosiq́ morbi causa est calor immoderatus uenarum mesaraicarum, earumq́ obstructio à crasso sanguine orta, ut ait Diocles. Videtur autem in ipso uentriculo per huiusmodi affectus inflamma

tio quædam consistere, sanguis autē in parte inflammata, contentus, & crassior esse, & atræ bili similior. quo exhalante ad cerebrum melancholica fiunt circa mentem symptomata. 3. de locis affect.

41 Pleuriticorum nonnulli iugulum dolent porrecta in hunc locum succingente costas membrana. Aliquando ad præcordia descendit dolor, præcepto ipsius sensu in septo transuerso utpoti cui soli (cum radice doloris in latere consistente laborantes musculis, qui ibi sint, respirare nō ausint) omne respirationis munus natura committit. Cùm igitur in interiùs partibus lateris inflammatio oritur, septum transuersum imperius intentum dolet, cùm uerò in superius, tunt iugulum potius. 2. de locis aff.

42 Si ob frigoris uehementem intemperiē cibus omninò crudus permanserit ita affecti, nec sitiunt, nec febrium, sed ciborum qualitatem percipiunt, siue ad ructum, siue ad uomitum prouocentur. Si uerò calidiore intem-

intemperie fuerit ut suapte natura flatum excitare possint uapore spiritu'que uentriculum replenr. 3. de symptom. causis.

43 In retentrice potẽtia triplex omninò reperitur symptoma, nam aut nihil complectitur, uel retinet omnino, aut debiliter, aut deprauatè. Cũ nihil, uel debiliter tum inflationes, & fluctuationes fiunt contra fit ubi cõplectitur. Ibid.

44 Quibus hepar imbecille est colore sunt subpallido ob nimiam ipsius sanguinis copiam effusam. At quibus sple ipse est debilis, sunt potius sub fusco, nimirum id causante melã cholico sanguine cum bono per corpus diffuso. in 2. Epid.

45 Qui dipsaco morbo affecti sũt, inexplebili siti uexantur, cuius causa est uentriculus, aut calida, aut sicca, aut utraq; intemperie laborans, maximè uerò os ipsius, proximè uentriculo hepar, sed maximè pars eius sima, simul inflãmatis mestraicis uenis, & ieiuno, & uentriculo atq; cum

gula pulmone, quarum partium incendium marcor ut plurimum committatur. 6. de locis aff.

46 Somnus humectat, uigiliæ exiccant. Ille uerò ex se, etsi neq; calfaciat, neq; refrigeret, tñ si calfactio prius ex frigidis humoribus corpori recidat, refrigerat, calorem tum febrilem illum, tum naturalem humectãs. Sin biliosi illi sint humores, tum eos ui sua profundit, suggillat ac minuit, unde etiam refrigerari corpus contingit. 4. in 6. Epid.

47 Primæ morborum causæ cum in corpora excrementis uacua incidunt, neq; hominem torquent, neq; diu persistunt, sed si in excremẽtosa, & uitiosis suctis plena cadant, non aliter sæuiunt, quàm flamma in siccissima ligna, oleoq; perfusa, aut quàm lychnus in sulphur uidetur. 6. in 6. Epid.

48 Pruritus fit ex humoribus acribus, amaris, salsis, erodentibus ac uasa fœcantibus. Ibid.

49 Non mirum esse debet, si imbe

cilles fiant, qui nimia uenere utãtur. Siquidem eorum uacuantur spiritus & humores ex titillatione, & uoluptate, quæ ut maxima est, ita spiritus plurimum exhaurit ac extinguit. Id uerò uidere est in compluribus, qui in eo actu nimia delectatione capti subitò intereant Gal. de semine.

50 Expulsionis excrementorum impeditæ triplices causæ inueniuntur. Vna cùm partes, quæ excrementa purgant sunt imbecillæ: altera uiarum angustia. Tertia excrementi malitia, imbecillitatum intemperies parit, angustiam obturatio, uel aliquis instrumentorum tumor: Tumorẽ humorum affluxus: obturationẽ crassitudo & lentor humorum ac multitudo, quæ est eorundem malitia. 3. de sympt. causis.

51 Tunc immediatè mouet expellendi uis, ubi retentrix potentia grauatur, uel ob excrementorum multitudinẽ, uel acrimoniam, uel ob propriam imbecillitatem. Tunc siquidẽ necesse est, ut cum eo quod redundat,

dat, simul etiam id quod utile est excrematur, ut in Lienteria, Dysenteria & cholera fieri contingit. Ibid.

52 Quæ uomitu excernuntur, eo excernuntur quia mole sua & quantitate uentriculum grauant, ut cum plurimum cibi est ingestum, interdũ quod sua mordacitate contristent, ut si nutrimentum assumptum, uel acidum, uel nidorosum, uel amarũ, uel acre ob uitium concoctionis euaserit. quod genere continentur etiã biliosa, & pituitosa, & serosa excrementa, uel inibi nata, uel ex uniuerso corpore eô confluxa. Ibid.

53 Refrigeratio exteriorum partium uentrem constringere, quemadmodum cõtrà interiorum soluere & laxare easdem solet, ex quo plurimũ fit hernia. 5. in 6. Epid.

54 Intestino colo repleto accidit simul uentriculum, & pungi & dolore, quòd illud ex repletione contensum, peritoneum quoq; quod utrũque instrumentum complectitur & ambit, dolore pressũ angat, & simul muscu-

musculum utrinque subtēsum, à quo potissimum illi dolor tensiuus accidit. in lib. de clysmis.

55 Qui renum morbo laborāt, sæpe pedum quoque & dolorem, & stuporem sentiunt, propter partium consensum, quæ uenis duabus spinę dorsi innitentibus coniunguntur. Vena caua & magna arteria. 1. in 6. Epid.

56 Exasperantur læuia, & læuigātur aspera (nam hęc ad formam uitiatam pertinent) Illa quidem ob acres humores, aut medicamina abstergētia, hæc uerò ob pinguitudinem succi uiscositatemúe. Cæterorum formæ uitiorum causę sunt, in utero quidem aut maxima materiæ colluuies, aut qualitas incommoda ex impedito seminis motu. Extra uterum uerò, dum infans ab obstetricibus non rectè excipitur (facilè enim peruertuntur cum adhuc sint fluxiles & molles) aut ruditer inuoluuntur fasciis, aut lac tabefactum sugunt, aut inepta uictus ratione, aut intempestiuis exercitiis exercentur. Postquàm ado

leuerunt

leuerunt etiam deformãtur sæpe ob immodicam repletionem ut in elephantiasi, aut alimenti inopiam ut in tabe cernitur, aut ob resolutionẽ neruorum distensionem, inflammationem, scirrhũ. Cauitatesq́ in ijs pereunt ob constipationem, aut obstructionem, aut confractionem, aut in sese concidentiam, quæ ab immoderato motu retentricis facultatis rursus efficiuntur. Gal. de morb. causis.

57 Si humor albugineus seipso crassior sit redditus exactam cernendi aciem, multò obtusiorem reddit. Quòd si plurimum aucta sit crassitudo, uisum omninò prohibebit. At si non tantum foramen à contento ibi crasso corpore obtenebretur, sed relinquatur eius aliqua particula pura, uidere res externas nihilominus, q̃ anteà licebit, sed singulas per se solas. Item si in pupillæ centro exigua consistat suffusio, maneatq́ partes, quæ in circuitu sunt puræ, quicquid sic affectionis cernitur, id ueluti fenestratum & perforatum uidetur. Vbi uerò

rô humor inter cryſtalloeidẽ, & rha-
goeidem medius proprium colorẽ
mutârit, ſiquidem ad fuſcum decli-
net, arbitrabitur quis ſe per nebulam
uelox fumum etiam tueri. Sin alio
quouis colore inficiatur, huius quo-
que imaginem ea, quę ſpectantur, re
ferant. Præterea ſi uapores à uentri-
culo ſurſum ferantur, acutiſſima e-
tiam uiſus ſymptomata ſuffuſioni ſi-
milia infeſtabunt. Sic ſpiritus ani-
malis copia, aut inopia uiſum acutũ,
aut debilem facit. 1. de ſympt. cauſis.

58 Deprauata ſaporum dignotio, ubi lingua alieno quopiam humore fuerit imbuta euenire conſueuit. Nã quemadmodum per ſuffuſiones, uiſoria illa facultas foris uidetur cernere, quæ in oculo apparent: ita & guſtandi uis internam linguæ affectionem rebus ſenſibilibus tribuit: quemadmodum etiam aures ubi ſonũ percipiunt nulla re extrinſecus obſtrepente, ſed ipſa circa membranas motione, phantaſmata tranſmittente. Ibidem.

59 Cur

59 Cur titillatione alarum, uel uolæ manum, uel plantæ pedum aut aſpectu, uel auditu rerum ridiculorũ ac facetarũ moueatur homini riſus, nulla reddi ratio certa poteſt. in lib. de Motibus neceſſarijs.

Addit Moyſes.

Verùm illud Galeni eſt. Siquidem riſus homini ſpeciei eſt proprium ac propriorum cuiuslibet ſpeciei nulla certa ratio poteſt inueniri. Non igitur de ijs rebus magnopere eſſe ſolliciti debuerimus.

60 Animal à planta non differt niſi gradibus quinque naturę, qui ſunt ſenſus. Tact. uiſ. aud. Olf. & Guſtus. De uiſu autem, an in talpa perfectus ſit nec'ne cum formam habeat adhuc incertum eſt. 3. de ſemine.

61 Mirandum non eſt ſi ob oris uentriculi affectus animalia maximis, ijſdemq́ue uehementiſſimis affectibus affligantur: cùm nimirũ pars illa per neruos quidem cerebro, per arterias cordi ſibi uicino ſuas offenſiones communicet. Vnde & Cardi-

lagiæ

algiæ; quæ osculum uentriculi infestat; à mordacibus ibi succis orta. 1. de sympt. causis.

DE CVRANDIS MORbis communi ratione.
Sectio VII.

1.

Orpora à malis humoribus tenuibusq́ affecta, multo cibo nutrienda sunt, contraria uerò contrarijs sunt curanda. Similiter imbecilla, si sint nutriēda, nec modus certus sciri possit conueniens, tutius est pauciore, quàm multo nutrire. Addere enim tutò licet si deest, minuere sine periculo non licet, si abundat. In 2. de morb. acut.

2 Concoctionem ac digestionem humorum adiuuant præcipuè, quæ mediocriter calefacere possūt: cuiusmodi nonnulla ciborum sunt genera, nonnulla etiam potionum, emplastorum, catapotiorum, frictionū, balneorum, &c, 2. in 1. Epid.

3 Humoris crudi duo sunt genera, unus serosior tenuiorq; cernitur alter crassior ac uiscosior. Illum uacuare antequam calore calefiat febris, conuenit, & ante quàm acrior erosiorq; euadat. Hunc uerò ante quam liquescat. in 1. de humorib.

4 Tria sunt tempora ægritudinis: Principium, augmentum & finis, quibus si tres morbos patiatur æger, & ultimò moriatur, causa in eo solo & non in præoribus quærenda uenit. Gal de temporib. morb. ubi habet.

Vno enim eodemq; tempore duobus tribus'ue morbis homo infestari potest, quorum alius iam incliner, alius principij tempus adhuc, uel augmenti præmordia occupet, tertius plurimum auctus sit. Deinde moritur homo non propter inclinantem, uel nunc incipientem, sed ob uehementer auctum.

5 Principio curationis tria facultatum corpus nostrum regentiū principia summè considerabis, quo nam statu sint prædita, dico autem cerebrum

brum, cor, & hepar. Deinde alias particulas ex principijs ortas, neruos, uenas, arterias. Sic enim siue unus siue plures sint morbi, inuenies. Ibid.

6 Cuiuslibet morbi propria tempora ad præsidiorum inuentionem sunt, necessaria inspicienda. Etenim circa initium & fines omnia leuiora sunt, & imbecilliora, in uigore fortiora, quæ intercedunt medio consistũt ordine. Sic in uigore mitigantibus, utendũ in principio & fine uehementioribus, & morbo omninò contrarijs. Ibid.

7 Omnis in curando scopus sit, ut uirtutẽ iam ex longa agitatione morbi infirmatam, non magis minimas, aut lædas, quod in uictus ratione p̃cipuè consistit. Quanquam illud quidem difficile & simul utrunq; seruare, ut morbo obsistas, ut uim conseruas. Est enim morbo coquendo idonea sic uictus ratio, uirtuti quoq; infirmandæ aptior erit, unde plus periculi, quàm utilitatis accidit. Sin uirtuti iuuãdę accõmodabitur aliud peri-

culum adfert morbi producẽdi. Se
ubi hæc ita fuerint, obseruanda pri
mùm, quæ maximè sint necessaria. 1.
ad Glauc.

8 Generosi medici est munus fu
turum statum præcognoscere, & om
nem uictus rationem ad ipsum insti
tuere: quem si tamen nondum præui
derit, initio morbi non uerebitur ui
ctum præscribere, cùm nisi sustenta
uerit ægrum, in maximum eum ad
ducturus sit periculum. 1. de Crisib

9 Aegritudo ex humorum putri
dorum corruptione, simul & uirium
imbecillitate, uix unquam aut certè
difficillimè & longo tempore cura
potest. Prudens tamen medicus si ac
cedat, non statim adhibitis medica
mẽtis uacuabit, sed uirtutẽ ægri refo
cillabit paulatĩ dũ uigescat, ita. n. non
nocebit euacuatio aut certè minimũ.
Tũ uacuatione factam commodè ad
curationem accedet. 11. Methodi.

10 Cũ ars ipsa medica tota sit ma
gna, nõ leuissima eius pars est scien
tia ordinandi uictus, quæ utique ex
his

is maximè remedijs constituitur, ci-
o, potione, sorbitione, perfusione,
ataplasmatis & clysterib. Ibid.

11 Cauendum medico est impri-
mis ne humores crassos ac uiscosos
medicamentis liquefacientibus de-
iniat aut resoluat. Nam ex huiusmo-
di liquefactis humoribus oriuntur
uapores, quidam fumosi, qui posteà
uix possint resolui, nec discuti: Ac si
tunicas intestinorum utrasq; subeāt
magis etiam sunt permitiosi. Propte-
rea his medicamentis discutientibus
& attenuantibus mediocriterq; cali-
dis curari oportet sanguine prius e-
misso, & uentre soluto aut uomitu,
aut balneis, aut frictionibus, aut in-
unctionibus calidis abstergentibus,
aut cibi deniq; abstinentia euacuato
corpore, ita ut res maximè quidēq; ho
rum postulabit. ultimò Methodi.

12 Vbi putridus humor corrupti-
one sæuire cœpit, antequā uires defi-
ciant, aut incalescentis calor ad par-
tes solidas præcipuasq; deuenerit, e-
uacuatione occurrendū erit. in 1. A-
phoris.

13 Corpora enim ualentia quamlibet subitò perperatam uacuationẽ sustinere possunt. Imbecillium uerò, habenda est uirtutis ratio, ut si adhuc ferant uires, purgentur leuiter ac moderatè. Sin iam defecerint, cohibeatur statim, uacuatio etiamsi superflui superfuerit aliquid. Ibid.

14 Morborum concoctio est humorum corruptorum ad integrorũ naturam mutatio, quæ à solidis partibus si sint integræ efficit̃, si uerò sint læsæ, in dubio æger est donec illis uires restituantur. 2. in 1. Epid.

15 Humores in profundo hęrentes, elicere extra oportet, & qui in posterioribus sunt ad anteriores reuellere, qui uerò ad dextrum procumbunt ad sinistrum, sicq; generaliter in contrarias partes reuulsione utendum. in 1. de humorib.

16 Humores purgari tẽpore paroxysmi per superiora conuenit, uomitu, aut narium effluxu conuenit. Extra paroxysmum uerò dum quietus est æger p inferiora, lotio egestione, &c. Ibid.

17 Qui

17 Qui diuturnis morbis laborãt, ueluti podagra, asthmate, epilepsia, tumoribus lienis, & hepatis, &c. optima illis uictus, id est, attenuans ratio pro optimo est remedio. Multos enim hac ratione & sola sanatos uidimus. Ea autem cõsistunt omninò in ciborum boni succi usu, uenæq; sectione pro consuetudine repetita, ac cõtrariorum abstinentia peponum, cucurbitarum & huiusmodi uitiosi succi ciborum. Gal. de atten. uict. ratione.

18 Ego multos ægros post exploratas eorum uires, diuturna cibi abstinentia curaui solis medicamentis concessis. Quosdam etiam ne ualidi quidem roboris & syncope detẽtos prohibitis cibis, frictione sola manuum, pedum, uertebrarum: alijs uerò prohibita abstinentia, datisq; cibis succurri. in lib. de examinatione medici.

19 Consuetudinem sanitate conducere, in ario peripatetico uisum est cùm is natura gracilis & os uentricu

si frigidissimũ natura sortitus, ita ut uel ex leuissima refrigeratione singultu statim corriperetur, ob idq; nũquam antè ausus fuisset aquam gustane, tandem febri occupatus, à Medicisq; præter consuetudinem coactus potu frigidæ uti, subitò fuit quidem exanimatus. Alijs uerò nisi audacter potus is, contrà propinetur, in periculum ueniunt, ne subitò extinguantur. Sunt enim quibusdam aliqua peculiaria ex natura, quę aliud alimentum corpori accommodatum habẽt. Gal. de consuetud.

20 Minimè à paruis incipiendum est auxilijs ubi maximum impendet periculum, ut in peripneumonicis, at in leuioribus, licet quidem experiri remedia. 5. Methodi.

21 Conualescẽtium uictus ratio, media inter ea constitui debet, quæ sanorum propria est, & quæ ægrorũ. Domus temperata cibi proximi ijs quibus insueuit. Sciendum autem uigilias uniuersum corporis habitum uehemẽter siccare, ac proinde ijs qui

ex ſiccitate laborant. quod etiam reliquis eſt commune. 7. Methodi.

22 Modus aquæ frigidę, quam ſine periculo poſſit, qui febricitat, bibere cum maximè ſitit, is eſto quantum uno hauſtu poſſit capere. Sciendum autem uniuerſas res frigidas cõ coctionem impedire. 1. de morb. acutis.

23 Alica facultate ſua duplici, humectandi uidelicet, & abſtergẽdi ſpiritualia inſtrumenta purgat & uires roborat corporis, quæ facultates in nullo alio ſimiliter reperiuntur. Propterea ſi æger hanc reſpuat, nil ei cõmodius dari poteſt, quàm ſaxatiles piſces ex aqua, anethe, oleo, ſale & porri modico mediocriter temperati & cocti. Quod ſi non reperiant̃ huiuſmodi ſemper ijs proximi dabunt̃. Idq́ antè cibum ex ſyrupis quibuſdã acrioribus ſi modo corpora neruoſa non ſint læſa. Ibid.

24 Oxymeli quod ad meatuũ abſterſionem præparationemq́ propriatur. Duabus antè horis quàm alica

præbeatur ſumi oportet. Nam ſi ſimul ſumantur, ex eorum diſſidente qualitate motus fit in uentriculo inæqualis. 3. de morb. acut.

25 Qui opere multo defatigati aquam plurimam hauriunt, ac rurſus poſt cibum ad idem exercitium redeunt. Duplicem inde nanciſcuntur iniuriam, ab exercitio quidem intempeſtiuo cruditatem, à labore uerô nimio bilioſorum humorum repletionem. 3. in 1. Epid.

26 Somnus ei qui humoribus frigidis eſt plenus periculoſus, ſi febris paroxiſmo, aut in abſceſſu uentris accidat ob calorem, qui interiorem partes cùm ſanguine ſubit continuo. At cui humores crudi & pauci uiriſq; imbecillæ fuerint, magis prodeſt. 1. de humorib. & in 6. Epid. Somnus quem abſceſſus initio febris ſequit̃, febrim ipſam auget.

27 Ira & triſticia morbi ſunt animi quorum altero, nempe ira calor naturalis diffunditur & dilatatur, atque inde fit cholera uulgò dicta, altero ue-

rò restringitur, ex quo phlegmata & frigidi humores oriuntur, quos si curare uelis, eum ipsum calorem motibus interius & exterius, id est, animi & corporis, ira & exultatione excitare: oportet quò sese attollant ac extra diffundantur, & sic euacuentur. 1. de humorib.

28 Cogitatione rerum iucundarũ quemadmodũ auditus, & aspectus animum latè diffundit & delibutum gaudio reddit, caloremq́ naturalem seruat. Augit uerò contrarium. 2. de humorib.

29 Somnus omnibus ægritudinibus siccus ob humectationem conuenit, sed maximè ijs, quę uentris siccitate & humorum arefactione accidunt. de Somno & uigilia.

30 Vinum aqua frigida temperatum curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus dissolutiones, ac tũc præsertim quando humores fluunt ad uentriculum. At si aliquod uiscus sit inflammatũ, aut caput doleat uehementiùs, aut aliqua animi alienatio ad-

tio ad-

tio adfuerit, aut febris ardens in morbo crudo: magna & penè insanabilia ex potu uini huiuscemodi affectibus nocumenta proueniunt. 1. ad Glauc.

31 Si cum magno dolore fluxio ad genu feratur, sufficit uehementiã doloris lenire, cùm aliquo ex ĳs, quę ex uino dulci, oleo rosaceo, & pauca cera in utroq; liquata cõstant. Oportet autem hæc lanis excipere pinguibus, quæ plurimum habeant œsypi, & æstate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere. Sic etiam cataplasmata ex arnoglosso, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulò uerò supra patientes particulas admouere spongiam uino austero intinctam aut aqua frigida, cui mistum parum aceti fuerit. 2. ad Glauc.

32 Si plures affectus in unum coẽant ad eũ, qui magis urget dirigi, primùm curantis consilium debet, ubi aliud efficiens, aliud quod efficitur ab eo ipsa causa spectanda. Sin autẽ curari hoc ante illud non licet ad id quod ordo dictat est respiciendum.

ut si

ut si in uentriculum defluat ex cerebro frigidus humor, qui ipsius uentriculi intemperiem causetur, aut uitiosi succi in medijs similarium particularum spacijs occupationem, aut mordicationis sensum, ac proinde deliquium, sudores syncopes dissolutiones, &c. Primùm erit occurrendum ei, quod uires dissoluit, ubi autem firmatæ erunt, ad fluxionis causam conuertimus. Nullum enim affectum sanari posse manēte ea, unde ortus est causa. 7. Methodi.

33 Hoc semper curātis animo hæreat non omnem naturam eadem remedia, requirere, sed infirmiores molliores'que mitiora, ualidiores sicciores'que ualentiora. Quare natura ægri uenit in primis consideranda. 3. Methodi.

34 Qui à solo spiritu flatuoso cruciantur, illico tum cucurbitula admota, à dolore liberi, tum omninò sani redduntur in quacunque corporis parte dolor sit excitatus. Quibus uerò non spiritus solum flatuosus, sed humor

mor aliquis unde is oritur, uētris dolorem excitat ijs ad tempus illico dolor sedatur, sed redit tamen sequente nocte, aut postridie, aut tertio die. Quare in his doloris accessio est curanda cucurbitula. Posteà uerò uacuandus humor, infuso per sedem aliquo calfaciente simul & attenuante medicamento, (ego oleo rutaceo, id est, in quo ruta incocta sit uti soleo) quo iniecto nõnulli uitreum humorem eijciunt, & ex hoc protinus ab affectu simul & dolore liberantur 12. Methodi.

35 Cùm à locis circa stomachum, aut aluum, aut aliquod intestinũ sanguis educitur medicamentorum calidorum, & tenuium partium mixtura non est opus, sicuti est ubi ex pulmone, aut arteria, aut larynge reiectatur sanguis, quanquam infestissimũ his est illud, quod in tantum refrigerat, ut affectuum stupefaciat, quæ tamen misceantur medicamẽtis sanguinem reiectantibus congruis, quum altiorem concilient & commodissima

ma ſint, ijs qui tuſſi lancinantur, ſiſtē tia nimirùm ſanguinem, qui ad uas affectum defertur, idq́ per ſuam frigiditatem. 7. de comp. med. ſecundùm loca.

36 Optimus compoſitionis medicamen. ſcopus tria ſibi proponit, nimirum ut & ſenſus ſtupefeciat, & nullum in poſterum circa particulā detrimentum remaneat, & ut affectio ipſa amplius inde iuuetur. Ad hæc omnia reſpiciens Philo antidotum ad omnes graues dolores uiſcerum aliaq́ multa conuenientem compoſuiſſe uidetur, ex croci drach. 5. Pyrethri euphorbij, ſpicęnardi, ſing. drac. 1. Piperis albi ex hyoſcyami drach. 20. Opij drach. 10. Melle attico excipiendum, ex Opij quidem hyoſcyamiq́ miſtura ſaporem ſenſitricisq́ facultatis ſtuporem inducere uolēs, reliqua calfacientia ad celerem diſtributionem & partium genetrationē. 9. de compoſ. medic. ſecundū loca.

37 Quando ſymptomata cum febre grauiora incidunt, ſi lędant uires

aut

aut affectui noceant, quod solent uigilię, dolor, atq; uacuatio immodica; curandi ratione, quam ab initio instituimus, ad præsens mutata, non modo symptoma mouere ac sedare, sed uires etiã firmare, primùm cogimur, quo sublato ad pętorē causam morbi reuertimur. Nũquam autem id agamus ubi uiriũ roboris fiducia est. Veluti profectò dysenteriæ ipsi mordentibus maximè medicamẽtis, tum potissimum medemur, cùm utiq; est grauissima. 12. Methodi.

38 Si dolor distensionis nec sanguinis missione, nec reuulsione sedat, patet profecto in ægrotante particula impactũ esse quod contristat: quare & curationem ipsam per digerentia medicamina moliendã esse. Quomodo etiam curantur dolores à flatulento spiritu orti: magis tamẽ ĳ extenuantia medicamina desiderant. Ibid.

39 In ulceribus medicamẽtorum ope curãdis, primùm hoc tenere medicum oportet, ut quod præter natu ram

ram est, tũ uacuet, tũ digerat. Quod si per membri naturam aut etiam uitij rebellionem fieri non licet, ut id tum in pus uertat, tum putrefaciat. Hoc uerò secundo loco destinabit. Quippe ita in columellæ uitio facimus, primùm, scilicet ad naturalem habitum reuocare tentantes, id si cõsequi non est, prorsus amputantes, idq́ue uel chirurgiæ opera, uel per caustica medicamenta ultimo Methodi.

40 Cùm omne quod naturale est, ex commoda temperatura nascatur, utiq́ue id quod pręter naturam existit, ex aliqua intemperie orietur. Atqui intemperies omnis morbus est: ergo liquidò constabit, quatuor symptomatum differentias, quæ in corporũ affectionibus consistunt, nempe uisus, ex color, ut in arcuatis, & carbunculis &c. Gustus ex deprauatis saporibus, adoratus ex respiratu, aut perspiratu graueolẽte, & tactus ut si cutis quæ priùs mollis, nunc dura rigidaq́ue sentiatur. Constabit inquam hæc à morbis communem cõtraxisse, de

ſe. de ſymptom. differentijs.

41 Humores ſinguli interdũ ſyn-
ceri & puri, interdum inuicem mi-
ſolent in imbecilliorem partem co-
fluere ob idq́ partium tumores ua-
as. Cùm enim quatuor ſint faculta-
tes omnium tum animalis, tum pla-
tę particulorum attractrix, retentrix
alteratrix & expultrix, excrementũ
q̃ue omne aut qualitate, aut quanti-
tate offendat, nec ſit par robur omn-
um particularum, ſemper quæ forti-
or eſt, excrementum ipſum ad imbe-
cilliorem propellit. omnium autẽ im-
becilliſſima eſt cutis, omnia corp. ex-
crementa recipiens. Gal. de morb.
cauſis.

42 Medicamina ſupra modum ca-
lida, etiã uires ualidè afficiunt ac mi-
nuunt. Propterea diſcutiẽdis humo-
ribus craſſis ac lentis tutius eſt medi-
ocriter calida adhibere, ſiue illabibu-
ſint, ſiue potio. de ſang. miſs.

43 Imbecillitas partis omnino ab
intemperie naſcuntur, non tamẽ ab
omni, ſed ab excellentiori, quæ ſan-

per-

per contrariam est abigenda. Proptere a in exulceratis partibus, si humor non uberior neq; malignitate excellens fuerit, sisti tamen cõpesciq; medicamẽtis à astringentibus nequeat causam ipsam, si sit interperies, primùm adiuues, non aliter planè nunc curata ipsa, quàm si incidisset citra ulcus, tum ad ulcus te conuertes. Si uerò ab alia quauis particula, uel à toto corpore fluat uitiosu humor ad exulceratam, medendum imprimis est ipsius fluxionis radici. 4. Methodi.

44 Verùm tum reliquos morbos, tum phlegmonas, sicubi curas nullo euaporante auxilio prius fidẽter uteris, quàm totum corpus aut pars, quæ excrementum transmittit uacuetur, aut contrarijs qualitatibus alteretur Si aliquam intemperãtiam sortiatur, quę ipsius fluxionis existit causa. Sic enim diutinas oculorum fluxiones curamus, oculis ipsis dimissis atq; ad capitis custodiam conuersi. 14. Methodi.

45 Sanè uacuamus totum corpus

etiam cum mediocritatem succoru
continet, si morbi magnitudo id su
deat. Siquidem dolor & membri i
flammati calor etiamsi purum sit
excrementis sic totum corpus, flux
nis causæ fiunt. Tunc tamen parci
uacuare expedit, idq; habita ratio
ætatis, naturæ, anni, temporis, regi
nis, ac deniq; consuetudinis ipsius
grotantis. 43. Methodi.

46 Si ualens aliquis morbus u
cum uirium robore affligat, uel si r
duntandis sanguinis concursus no
adsit, nemo est, qui non sanguinē d
trahat, qui utiq; in artis operibus fu
rit exercitatus. Quippe sanguinis r
dundantia haudquaquam sanguin
mittendum indicat, sed magnitud
morbi unà cum uirtute uegeta, exc
ptis tamen à sermone pueris. Alij
autem etiamnum sanis, nec uehemē
ter læsis, sufficit aut inædia, aut ci
parcitas, aut soluta aluus, uel purga
tio, uel frequentius balneum, uel ex
ercitatio, uel multa frictio. 4. Meth.

47 Magnitudo autem morbi tri
farian

riam efficitur grauis'que & ualida. Nẽpe uel propter afflictæ partis præstantiam, ut uulnus quod in thoracẽ peritoneum'ue penetrat: uel propter affectus magnitudinem, ut quæ sutuis uel ligaturis indigẽt, uel quod sint cacoëthæ, ut quæ in articulis accipiuntur uulnera. Vbi enim tendones & nerui, & carne uacua osculentaq́ sunt loca, hic doloris, uigiliarũ, conuulsionis, & delirij periculum instat. Ibid.

48 Fluxionem etiamnum irruentẽ post sanguinis missionem, reuellere ad contraria studebimus, utique si in superioribus consistat ulcus per inferna purgantes, sin autem in inferioribus, superiorem uentrem uacuantes. At si iam resistit fluxio, inhæsitq́ membro, deriuare per uicina magis expedit, cũ & in propinquiora translatio, & purganti medicamini tum accessus, tũ attractus à uicino sit proprior. Ibid. & de natura humana.

49 Vacuare, ex repletione crassorum lentorumq́ humorum affectos,

aut hypochondriorum distensione, aut inflammatione cuiusdam partiũ uentriculi nullos per aluum licet. in 1. Aphoris.

Addit Moyses.

Vt in fastidio ciborum, ubi causantes ipsum humores attenuatos, nec uigere amplius affectum senseris. Si tamen uacuationem res postulat, etiam, id facies adhibita cautione ne uenter, uel hypochondria inflãmatione laborent.

50 Cataplasma apponere, repleto corpore nec uacuato nunquã oportet: sic enim plus ægræ particulæ corruptæ materię allicitur, quàm resoluitur. In 2. morb. acut.

51 Crudorum humorum purgatio, mors est, ut in flammationibus, quæ sub aurẽ accidunt, quemadmodum & digestorum neglecta solutio uel uacuatio, iuxta aphorismũ Hippocratis. Concocta medicari, cruda concoquere. 2. in 1. Epid.

52 Cucurbita citra scarificationẽ adhibita omninò morbis prodest, qui

qui ex uaporibus crassioribus flatu-
entis ac frigidis, itemq; membris op
pilacis & succis in uase conclusis ac
exire nequeuntibus sunt cōtracti. 6.
in 2. Epid.

53 Fluxiones ex capite ad fauces, uuulas, & palatum euocare per nares medicamētis oportet. Si uerò ad oculos fluant, purgare per os medicamentis ad id ualentibus. 1. de humoribus.

54 Intensio uocis summa prodest naturali calori excitādo pituitæ crassæ ac tenaci eruendæ, & meatibus aperiendis. Qua de causa refrigeratis corporibus calfieri indigentibus cōmoda est. Gracilibus tamen aut alio qui uentriculo affectis nocet huiusce modi exercitium, quòd tenuem quidem illorum calorem in mouendo humori, breui consumunt, unde grauius postea ægrotant. de Somno & uigilia.

55 Vbi morbi existunt acuti celeriterq; ad statum perueniunt, etsi ualdè tenuem uictum exhibeas non læ-

des: ubi uerò diuturniores nisi ab initio cibo uberiore reficias, hominem simul cum morbo perimes, sed oportet, tenuissimum cibum, qui in toto morbo exhibentur in statum reseruare. Eo enim accedente tenuiorem oportet exhibere quàm prius. Cæterũ quantitas sit tanta ut bene coquere possint. 1, ad Glauc.

56 Semper oportet cõtrarias qualitates, illis quę inualuerint prętєr naturam, opponere, quum hoc multũ plus iuuet, quàm quomodolibet uacuare. Sunt enim contraria contrarijs remedia, quę quod superfluũ est rep[illegible]imunt, & quod deficit supplent. Ibid.

57 Medicamẽtis fortiter resoluentibus semper miscenda sunt emollientia ne tumores scirrhosos degenerent.

58 Frictiones siccæ dolores, certa periodo quibusdam partibus redeuntes sedant ac prohibent præcipuè si duas aut tres horas, antè accessionem adhibeantur. Firmantur enim eæ par-

eæ partes & consuetas fluxiones minus admittunt: atque hæc omnibus ætatibus omnia existunt. 5. de sanit.

59 Intemperies calida uel frigida multò citius sanari potest quàm sicca: neque enim hæc nisi diuturno tempore humectari potest, & si prorsus consummata sit, nullas omninò admittit curationes. Illa minimè. 1. Methodi.

60 Pernitioris siccitatis affectus extra omnē curationem positus est, cum solida similarium partium substantia humore exhausta est: ad quē affectum quò proprius accedunt corpora, eò diutius ægrotant, & ægrius curantur. 6. Methodi.

61 Gradus siccitatis sunt quatuor Consummata quidem ubi solida similarium partium cordis, hepatis, & cerebri substantia reddita est siccior. Altera cum ea quorum substantia ex humore concreto constat, sicut caro & adeps, est liquata. Tertia cum propria humiditas unde partes nutriuntur omninò est absumpta. Ea conti-

netur in omnibus animalis partibus ceu ros quidem per eas sparsus. Atq; hanc sine nutrimento particulis inserere non est, ideoq; difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. Quarta quę in proprijs cuiusque particulę exilibus arterijs uenisq; cõsistit, quæ & ex sanguinis penuria ꝓuenit. 7. Methodi.

62 Tempus quidem caloris frigorisq; reparandi par quodammodo est, securitas tamen impar. Nam nisi cuncta quæ ei quod curatur, circumdata sunt corpora, plani ualida fuerint, metus est ne ab ijs, quæ refrigerant noxam contrahat non leuem. Ibid.

63 Vacuationes fiũt omninò uel per sanguinis missionem, uel clysteris usum, uel urinæ uias, uel eam quæ per cutim fit transpirationem, nempe sudorem, ac pręterea per eam quę fit ad partes oppositas attractionem, nempe reuulsionẽ atq; ad alias propinquas deriuationem. Nam & ad hoc genus pertinet citare menstrua,

hæmorrhoidesq; aperire ac denique expurgare per palatum & nares. in Arte med.

64 In curationibus hepatis, aliqua ex astringentibus medicamẽtis semper miscere oportet. Sed quoniam in profundo admodum loco situm est, ne astringentis medicaminis uis in uia debilitetur, nisi aliqua altera subtilium partium substantia: qualis aromatum est traducatur. Melius uerò fuerit si & ipsum medicamen astringens etiam aromaticum fuerit. Nam si duas qualitates & potestates insitas habeat, ualentius operabitur, uacuas quod præter naturam in ipsum membrum confluxit, seruansq; humorum modum naturæ conuenientem. Ibid.

65 Præcipuè autem astringentib. est utendum, ubi in iecur aut uentriculum superuacuũ aliquid profluit: quando & à primoribus admodum hæ partes sunt, & ut munus suũ obeant, uel in ipsis morbis est necessarium, nam alimentum uniuerso corpori con-

ri conficiunt. Quare ciborum concoctio siue in uentriculo, siue in iecinore sit insprospera, febres intendit ac succi uitio exacerbat. At uerò, nec in colo laborante, nec intestinorũ quouis, nec musculis præcordiorum, nec ipso peritoneo miscenda astringentia sunt. Sed nec in uesica, nec uteri affectibus, nisi excrementorum copia sit in toto corpore. Renes autem & pectus in media consistunt conditione. 11. Methodi.

66 Polychresta siue multi usus medicamenta apparantur, cùm unum habere uiginti affectionibus congruum malumus, quàm tot numero alia quum tamẽ ad singulas affectiones unum aliquod destinatum, eò quod ad plures paratũ est, melius existat, & paulò pòst. Impossibile est ut inueniamus pharmacum unum ad affectiones multas optimum, multoq́ue præstantius semper est, quod ad singulas earum cõponitur. 8. de comp. secundùm loca.

67 Cataplasmata humectãtia inflam-

flammationibus biliosis optima, exiccantia ijs, quæ ex seroso sanguine superfluo fiunt. Temperata uerò, id est, mediocriter calida & humida, ijs quæ à crassis uiscosisque excrementis. in 2. acut. morb.

68 Diabetes certè quàm rarissimè accidit, nec ego unquam preter duas uidere adhuc potui. 6. de locis aff.

Addit Moyses.

Neque ego uidi in his occidentalibus partibus, neque præceptorum ullum uidisse audiui. In Aegypto autē decem annis, quod ibi egimus plus uiginti uidi, quod argumento est, eū morbum in calidis regionibus sæpius fieri, nisi forte Aegypto frequentior est, ob aquas Nili salsiores, quibus uulgò utuntur ipsi.

69 Principium diei proportione temporis ueri respondet, & pars quę sequetur æstati: Medius autem autumno, & ultima hora hyemi, quæ causa est cur serò graues & uehementes magis urgeant. 2. de humorib.

70 Ventorum & aëris qualitatum

optima

optima est, quæ ab Oceano afflatur. Secunda quæ ex montibus: Tertia quæ à medijs locis & campestribus. Quarta & pessima quæ à cloacis, secessibus, paludibus & huiusmodi alijs locis humidioribus. 3. de humoribus.

71 In thoracis aliorumque uniuersorum uiscerum inflammationibus, quæ in superficie apparent laxantia sufficiunt, intrinsecus autem sicut in costas succingente membrana, requiruntur acriora. Quòd si ipsis uisceribus medicamenta applicare possemus: tantò molliora oporteret esse, quantò ipsorum natura ut afficiatur est promptior. Quia uerò nõ datur, ob id nimirũ, quæ eduntur ac bibuntur medicamẽta uisceribus conferentia, multò potentiora & acriora esse conuenit, quæ affectui ipso medeantur, ijs quæ parti ipsi affectæ conueniant: exceptis tamen illis quæ uentriculo stomachoque auxiliantur. Hęc enim sola talia exhibent, qualia affectio postulat. 2. ad Glauc.

72 Quæ facilè sentiunt partes, acria medicamẽta non tolerant sicuti, neq; acres humores. Ob idq; os uentriculi atq; eo magis oculus infestatur ab erodentibus medicamẽtis. At quæ obtusum habent sensum, cataplasmata grauia sustinent & mordacia medicamenta. Ibid.

Ex *filio Zor.*

73 Medicamen purgãs & earum siue apponatur corpori siue bibatur, tepidum esse cõuenit. Astringens uerò & repellens ęquè frigidum ac putei aqua. Digerens uerò paulò calidius purgante, mitigans quoque tepidum, sed in hoc se syncopen metuas, aquam simul frigidã adhibere oportebit. Idem,

74 Quicquid (inquit) astringit ac mordet, digestionis quoq; ac solutionis particeps esse solet, exceptis myrti folijs, quæ sola ex causa acriori sunt, non astringunt. Reliqua uerò repellendi ac retinendi uim etiam cum acrimonia obtinent.

75 Medicamenta purgãtia singula ini-

la, initio familiarem humorē trahunt postea eum, qui sequendo aptior, atque habilior fuerit, ut exēpli gratia, quod flaua educenda est, primùm ipsam, deinde aquositatem, humiditatem, tertiò pituitam, quartò atram bilem, postremò sanguinem. Gal. de purg. medic. facult.

74 Reperiuntur tamen aliqua, quæ statim ab initio sanguinem ducant: sed ijs nemo utetur quandoquidem hoc iugulararæ esset hominem, non purgare. Siquidem purgantia dicuntur hoc nomine quod sanguinem ab illis excrementis repurgent. Ibidem.

DE

DE CVRANDIS MORbis particulari ratione.

SECTIO VIII.



Pilepsia quę ex crassis frigidis ac pituitosis succus accidit, curatur mutãdo cuidam qualitatem in siccã. Quod fit ætatum successione, regionum mutatione: item aliorum exercitiorum, ac diætarum obseruatione & præterea medicamentis discutientibus adhibitis. In 2. Aphorism.

2 Secare in cubito uenã, si ex dextra mare prorumpant sanguis in brachio dextro expedit: sin ex altera in sinistra: minimè tamẽ usqȝ ad lapsum uirium trahendus. Simul autem quũ agis artubus uincula inijcito, aut ex lana, aut canabe, hypochõdrioqȝ directè supposito cucurbitulam admoueto: quandoquidẽ his remedijs semper sanguinẽ erumpentẽ compescuimus,

mus, quum antea quæ inseruntur atque fronti illinuntur infirma omnia cōperiemus. Gal. de sanguinis miss.

3 Cui cerebrum aurium fluxione purgari solitum est, si quādo ex eius suppressione oriatur, aut stupor, aut uertigo, medicamentis abstergentibus, ac discutientibus dimouere ac purgare conueniet, nam huiusmodi quidem statim sanari hoc modo uidimus. 2. in 6. Epid.

4 Hemycranicis & huiusmodi affectibus ex sanguine crasso gelidoq́ in interiori corpore ortis mirè prodest uini puri boniq́ ac tenuis potus in cibo, uel post cibum. Maximè uerò panis ipse madefactus, ex eo enim uapor quidam calidus ad partes affectas fertur, à quo ipsæ circūstantesq́ omnes calefiunt, aperiunturq́ pori, & condensati in ijs humores discutiuntur. 2. in 6. Epid.

5 Fluxum sanguinis è naribus si non sedat cucurbita hypochondrijs affixa, occipitio adhiberi oportet cū quibusdam medicamentis refrige-

ran-

rantibus. In 6. Epid.

6 Mucum narium crudiorẽ aquosioremq́; factum odoramentis cohibetur, uel liquoribus nari stillatis. 1. de humorib.

7 Grauedini quam κορύζην uocãt, sternutatio est initio morbi ualde noxia ob cruditatem humorum morbũ efficientium, itemq́; coitus, quòd ex motu uenereo capitis repletio augeatur, cum quiete & otio in ijs humoribus digerendis natura multum egeat. Prodest autem sedatis fluxione ad eorum resolutionem atq; euacuationem. Ibid.

8 Suffusiones oculorũ, ex humoribus inter corneam & chrystalloeidem glaciei modo concretis oriunt̃, & cum albugineo non solum colore, sed natura etiam pugnantibus. Ibidem.

9 Dolores capitis si sint ex humoribus, qui calido temperamento indigeant constringentibus leniuntur ac sedtãur. Ibid.

10 Vigilias curaturus ac prohibi-

turus, pedes & manus constringito, qua hora dormitare uellet æger, & agitatione perpetua caueto ne dormiat, ne'ue oculos claudat. Vbi uerò eum dormire uoles, solutis membris lucernaq; amota & facta quiete somno etiam alto ei indulgeto. 3. de humorib.

11 Fieri potest ut ijs, qui solent supini totas noctes dormire apoplexia contingat, huiusmodi decubitu causam dante. 6. de motib. necessarijs.

12 Medicamento confecto ex scilla post purgationem, quæ aduentante uere molienda est, utetur puer epilepticus singulis diebus antequã ad palestram accedat. Et sanè nisi ualdè rebellis sit morbus spero 40. diebus, sola eius medicamenti ope solutum iri. Gal. consilio pueri Epilept.

13 Quando impediuntur sensuũ actiones, nec ulla manifesta est inflãmatio, intemperiem cerebri causam esse oportet, eamq; aut ipsius uentriculis, aut uenis & arterijs, aut humorib. in ipsum diffusis contineri. Quoniam

niam autem accuratè huiuſmodi intemperies uix cognoſcitur, adhibere in ea quærenda medicinæ diligentiam debebit priuſquam medeatur. 3. de locis aff.

14 Melancholia gignitur, aliquando ex ſanguine melancholico, per uniuerſum corpus redundantę, aliquādo in ſolo cerebro, aliàs etiam in parte conſenſum habente. Si igitur ex toto corpore fuerit, à uenæ ſectione ordienda curatio eſt. Si uerò in cerebro ſit genita, æger tūc ſanguinis detractatione nō indiget, quamuis ob aliam cauſam detrahi poſſit. Ibid.

15 In lęthargia æquè ac Phrenitide incidenda uena eſt ſtatim ab initio, ſi modo tam ualens uirtus ſit, ut ſine noxa miſſionem ſanguinis toleret, neque officiat crudi humoris copia, uel puerilis ætas, uel anni tēpus, uel regio calidior ac ſiccior. Commune præterea eſt utiq; ut oxyrhodium in principio admoueas, nā repellendus à capite eſt humor quiſquis is fuerit. Sed in hoc ſunt contraria, quod

in phrenitide quæ cum uigilijs est, le nire eas oportet, in lethargia quæ cũ immobilitate ac stupore accidit, exci tare. 13. Methodi.

16 Si lethargiæ & phrenitidis ma lum trahat, cùm ad statum propè fer- tur, castoreum & nonnunquam cu- curbitam admouemus. Ibid.

17 In lethargicis nos incoquẽtes in aceto thymum & pulegium, & oryganum, aliaq; id genus ad moue- mus, quò uapor ad cerebrum dela- tus crassitudinem humoris dissecat. Mox etiam postquam increuit pala- tum ualentibus, & acribus medica- mentis ungimus. Ab his uerò, etiam sternutamẽtis utimur, tum ad caput similes præsidiorum facultates ac- commodamus, intenta semper eorũ, etiã ad ipsum usq; synapi, uehemen- tia, si diu uitium trahat. Ibid.

18 Lethargi principiũ est functio- nis sensuum læsio, apoplexiæ uolun tariarum actionum, epilepsiæ men- tis & sensuum. Detentionis uerò seu catochi, p̄cipuè sensuum. 2. de morb. causis.

19 Qui-

19 Quibus ob potionem calidiorum uniorum caput repletum uaporibus aut humoribus calidis (qui etiã absq; uini potu solent ad caput attolli) dolore affligitur ijs, uomitus si adhuc crudum in uentriculo uinum sit, hausta aqua tepida ciendus erit, sin post concoctionem doleant refrigerantibus ac repellentibus utendum, quale est Rosaceum per se, aut cum aceto, aut cum hedere, & brassicæ tremore Cæterùm somni quietusq; cura habenda sic est, ut per totum diem quiescant tum ad uesperam loti, cibis boni succi nutriantur, non tamen calfacientibus. Quales sunt Prisanę succus, sorbitio ex alica, panis ex aqua, & oua sorbilia absq; garo, quib. aromatũ condimenti misceatur, quãtum ad suauitatẽ saporis farciat. Refrigerãt etiam, Lactuca, Brassica, Lenticulæq; siccum. Potu uerò omninò aqua utendum est: at quæ nonnullis uentriculus subuertitur malum punicum ipsis superedendum est, aut solum, aut cum alica calida probeq;

cocta. 2. de comp. meden. secundùm loca.

20 In raſſicæ folia calida macerata, capitiq́ circumpoſita ac obligata, naturaliter ebrietati reſiſtunt. Ibid.

21 Cauſæ procatarcticę dolorem capitis inferentes ſunt, ardor extrinſecus accidens, aut refrigeratio, aut ebrietas, aut ictus. Intrinſecus autem intemperies ſimplex citra humorum affluxum, aut in humorum qualitate, aut in eorũdem multitudine, aut obturatione, aut deniq́ imbecillitas naturalis ob quam ſpiritus flatuoſus innaſcitur, quarum affectio ſingulatim propria exiſtit. Ibid.

22 Vehementiſſimi capitis dolores fiunt iuxta caliditatem, & frigiditatem maximè cum inæquales fuerint: moderati autem iuxta ſiccitatē, ex humiditate autē nullus fit dolor. Is autem qui ex ardore caput dolent, cutis aridior ad primùm contactum apparet, oculosq́ rubros habent, ac frigidis tum perfuſionibus, tum illitionibus oblectantur. Repulſoria ue-

rò curatione principio opus habent, ex refrigerantibus & astringentibus constante. Postea etiam mitigatorijs repulsoriæ mistis: deinde discutientibus, paulatim detractis quæ repellunt. Optima autem sunt, quæ substantia tenuium partium sunt prædita. Quale est rosaceum frigidissimũ quidẽ principiò perfusum iuxta frontem, & tempora, & occiput, non tamen longè inferiùs, ex oleo crudo (quod onuphacium uocãt) citra salẽ confectum, nempe rosis, quampluri mis ĩ eo maceratis ipsoq; anno, si potest cõfectum. Proximum à rosaceo erit chamæmelinum, potissimum in fœmininis eunuchis & pueris, quib. non est inducenda uehementissima frigiditas. Miscenda autem refrigerãtia hæc sunt, Semperuiuĳ, Portulacæ, Lactucæ, Psyllĳ, Polygoniq; succus, item Solani, Pampinorum uitis, uuarum maturarum, sed paululũ horum singulorum, sicut & mali punici, lydonĳ & mespili. Cucurbitæ etiam cremorem omphacio miscui, &

ſeridis, mororumq́ ſubmaturorum aptus erit. Ibid.

23 Doloris capitis à frigore indicium eſt facies decolor, & non arefacta tamen, non frigidis gaudere, & curatio autem fiet, rutaceo oleo calido ſyncipiti effuſo: item euphorbij & quibuslibet pharmacis ex pipere: iungēda facies, aures, nares pręcipuē irino, amaricino, nardino unguentis, item foliatis ſpicatis'que uocatis. Sampſucinum etiam, laurinum, & ſerpyllinum commendo, uinum tenuiū partium profundum, motusq́ corporis præcipiendus. Ibid.

24 Aurium meatus ab obſtructione liberant omnia, quæ tenuium partium ſubſtantium abſq́ mordacitate ſunt prædita. Cuius generis ſunt cucumeris ſylueſtris radix: item Bryaniæ ari, dracunculi, centauriæ, polij, & omninò amarorum omnium.

Rurſus. Moderatæ aurium inflammationes & non pulſatiles, roſaceo & aceto, ſimul tēperatis, tepefactisq́ atq́ infuſis curantur. Prodeſt etiam

mul-

multum, Pastillus ex Glaucio cum aqua pluuiali trito, in pastillum coacto, & exiccato, cui gummi decimaquinta portio, ut melius compingatur addere est. 3. de comp. secundùm loca.

25 Vlcera aurium recētia tū glaucium solum, cùm aceto tantum curat, tum collyria ex eo omnia, sicut & quæ ex croco, & ex rosis fiunt: item Democratis collyriū ex Myrrha. Pastillus etiam mens ex charta combusta. Ibid.

26 Dolores aurium à frigore calfacientibus curātur. Euphorbio modico ad multum uetus oleum admisto, pipere exquisitissimè trito, oleo amaricino infuso & optima nardos, rutaceo oleo tenuissimarū partiū, oui candido, quo etiam ad lippitudines utimur, lacte muliebri, adipe anserino, uulpinoq́ʒ, quæ omnia aut singula, aut coniuncta quodam infundi debent mediocriter calida. Ibid.

27 Ad lippitudines oculorum & inflāmationes adhibenda sunt, pharmaca

maca repellentia, minimè tamen exasperantia, id est, non uehementem astrictionem sortita, ob sensus subtilitatem ac substantię raritatem, sed & lenitiui liquoris admistione moderatiora facta. Cuiusmodi sunt oui candidum, fœnigræci decoctum, magisque adhuc ipsum lac: item albumen oui cum collyrijs monhemeris, id est diarijs, Balneum sub uesperam, nardinum collyrium iuuentũ die sequẽti balneũ, & deambulatiuncula paulò antè ipsum. Foueri autem oculi debent ex meliloti & fœnigręci decocto semel quidẽ, aut bis in die si mediocris sit dolor, sæpius autem si uehemẽtior. 4. de comp. secundũ loca.

28 Ego nullum pharmacum auribus dolore uexatis infundo, neque etiam per lanam instillo, nimirum experientia edoctus, quod præstet, neque omnino contingere doloris tẽpore auditorium meatum. At remisso dolore, per auriculare specillum, obuolutum lana, mollissima partem dolentem foueo, pharmacumq; inijcio

cio modicè tepefactam in aurifusorio specillo. Postea uerò forinsecus tum orificio auditorij meatus, tum uniuersæ auri mollem lauam impono. 3. eiusdem.

28 In sonitibus aurium, si ob flatulentum spiritum, cui non pateat exitus fiat, discutientibus, attenuantib. ac differantibus utere, simul & apophlegmatismis. Si nil proderit, quia non ex flatu, sed exquisita audiendi facilitate procedat, præsertim si acuto sensu præditus æger appareat stupefacientium quippiam. Cuiusmodi est mandragoræ & papaueris succus, admiscito ad flatulentos igitur sonitus, acetum cum rosaceo instilla, aut cuminum & oleum crassitudine mellis, aut radicis syluestris cucumeris succum, aut reclinato ægro & nitro trito in aurem insperso acre acetũ infunde tepidum, ac postquam feruere desijt exterge lana & nucum amararum succum, infunde lanaq; obtura. Ad facilitatem uerò exquisitam audiendi castorium & cicutæ semen

cum

cum aceto trita instillato. Ibidem.

30 Cataplasmatum cura & ut nõ nisi superuacuum magna ex parte partium uacuatis, & partium concoctis, & ieiuno ægro apponantur. 12. Methodi. & 5. de comp. med. secundùm loca.

31 Ocularium pharmacornm unum genus in his tribus liquoribus lenitiuis consistit fœnigręci decocto lacte & oui cãdido, quæ omnimodæ acrimonię sunt expertes. Alterum in ĩjs quæ modicam mordacitatem sortiuntur ad mistamq; habent partim afflictionem, partim extergẽdi facultatem, qualia sunt rosæ astringentes, thus extergẽs, crocus & myrrha: Lycium & castorium, & mellodi decoctum, quò est concoctorium. Immiscetur etiam lapis hematiles, resiccãs humores, ueluti & cadmia, & lapis schistus, Stibius bene lotũ. Reliqua chalcitis usta, mysi, ærugo, gallæ sunt uehementiora, q̃ ocularib. conueniant. 5. de comp. secundùm loca.

32 Ophthalmia calidis regionib. sæpius

sæpius accidit, sed iisdem citius curatur quàm frigidis. Atque eadem est in utraque hyemis & æstatis ratio. 2. de med. simpl.

33 Angina hominem suffocat aliquid haurientem, quod fit ob crassos humores in faucium partibus hærentes. Estque pernitiosissima phlegmone, in qua nulla incensio appareat, quam in œsophago, aut gutture, aut eorum musculis soleat euenire. 2. in 2. Epid.

34 Id uerò phlegmonis genus, si urget non solum medicamentis intrinsecus iuuantibus, sed etiam emplastris, & calidæ perfusionibus ac balneis extrinsecus indiget, quod tamen ante declinationem fieri necesse non est. Cibi autem farinacei generis esse debent molles, ac medicamentarij omnes, quò partibus affectis emplastri uice intrinsecus subseruiant. Ibidem.

34 Sermo propriè est motus arteriarum seu spiritualium instrumentorum. Propterea si quis fluxu sanguinis laborat cohiberi eius, & pulmonem, & pe-

& pectus, & tracheam arteriam oportet, ne clamore uel spiratione nimia lædatur. Motus uerò manuum & pedum concedendus mediocris, eatenus tamen ne spiritum intus coactũ commoueant. 1. de humorib.

36 Intemperiem musculi pectoris inæqualem lenis aliquando tussis sequitur, quæ ex eo fit quod musculus ab ipsa intemperie cõpunctus repellendi, ac dijciendi à se contraria sensu moueat̃. 5. de morb.

37 Ad omnem tussim confert medicamen, ex Anisi drach. duę acet. costi obolis trib⁹, myrrhæ castorij, Chalbani, Piperis albi, sem. hyoscyarij, opij, succi glycyrrhizæ sing. drach. una, passo exceptis redactisq́ in Catapotia, Ciceris magnitudine. 7. de comp. secundùm loca.

38 In reiectione sanguinis curatio eius quidem, quę ex reseratione osculi, cuiusdam uasis accidit per obturationem molienda, eius quæ ex ruptura, per conglutionem, eius quæ ex erosione, per erosorum renutritionẽ.

Obtu-

Obturantur autem oscula illa per astringentia. Conglutinantur per eadem & per resiccantia citra mordacitatem, & glutinosa, uelut est sanitas aster, & lemnia terra. Renutriuntur per cibos boni succi & pharmaca carnem gignētia: Immiscenda autē iuxta secundam rationem, in ijs quidem qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut larynge reiectant, calida & tenuium partium medicamēta, quæ pręparant uiam astringentibus, at ijs qui ex locis circa uentriculū, aut stomachum, aut aliquod intestinum, huiusmodi mistura non est opus. Ibid.

39 Singultus, q̄ ex ui frigoris neruosa membra cogentis ac eorum superfluos humores dissoluentis fit, ut ait in 6. Aphor. uel ex plenitudine & euacuatione secundùm Hipp. uel citra hæc ex acribus, serosis, medicamentosisq́; humoribus uentriculum mordicātibus, uel ex deuorato pharmaco diatrion pipereon, & uino superbibito, uel ex alimenti corruptione in uentre, uel ex partis frigiditate,

O quod

quod pueri maximè contingit, curatur si ex copia, aut mordicatione sit, uomitu, si ex frigiditate, calidis medicamentis, ruta cum uino, aut nitro cũ aqua mulsa, aut opio, aut castorio, aut abrotono, aut aristolochia. Item Asclepiadis compositio, Spicænardi, costi, chrysobalanorum, rosarum uiridium, mastiches sing. drach. quatuor, aloës asari drachm. duas, apij drach. unam succo psylij excipito, pastillos formato, & obolos tres dato. 8. de com. secundùm loca.

40 In affectibus uentriculi sicut & hepatis cibum ægro, certa definitaꝗ; mensura prę scribi oportet, quæ affectas particulas non magis grauetur. in 2. Epid.

41 Auxiliorum materia congruentium respirationis organis gulæ pharyngi, laryngi, & intern. & arteriæ, tum ab alijs, tum à balneis dulcium aquarum, cibis lenibus, & laxantibus petendum Quales sunt qui ex lacte, amylo, alica, ouis, & cibis dulciarijs constant; item pharmaca sub

lingua

lingua tenẽda Hypoglottides dicta, ex uino hereo, gummi, tragacantha, glycyrrhiza, conflant, quæ lenigant asperitates, concoquunt & citò persanant. Quibus qui utetur, patiẽs sic oportet, ut ipsam linguæ suppositũ paulatim liquescens, in laryngem excipiat, renitẽs interim tussi si qua excitari uideatur. 7. de comp. secũdùm loca.

42 Stupefacientia medicamenta (quæ in tantum refrigerant, ut somnium inducant & affectum stupefaciant) miscẽtur reiectioni sanguis cõgruentibus, quòd altiorem somnum concilient & commodissima sint ijs, qui tussi lancinantur sistentia nimirũ sanguinem, qui ad uas affectum defluit, idq; ob suã frigiditatem. Ibid.

43 Dolores uẽtriculi syncope mediocriores facilè uino paulùm diluto curantur, ex eo enim calefit uentriculus concoctioq; iuuatur, & frigidi humores resoluuntur. Propterea etiam horrori ex erodentibus & acrib. humoribus nato adhibetur commo-

dè modò citra febrem, aut phlegmo- nem fuerit. In 2. Epid.

44 Epilepsias ex fastidio & dolore stomachi ob largiorem uehementioris uini potum, aut nimium ueneris usum, itemq; febres ex conuulsione ob iniquos uētriculi humores natas sæpe uomitu uidimus sanatas. 5. de locis aff.

45 Frequentissimè uidemus flaua in uentriculo bile contenta caput dolore affici. Illa uerò eiectum per uomitum ilicò dolorem compesci. Atq; inter optimos medicos non solū hæc accidentia, sed epilepsiam quoq; capiti à uentriculo oriri. Ibid.

46 Melancholicos seu hypochondriaco morbo laborantes, nunquam deserit timor. Nā omnes timent, mœrent, uitam damnant, sed nō omnes mori cupiunt. Sunt tamē qui & mortem metuunt, & mortem sibi consciscant, quod fit ob atræ bilis colorem mentis sedem occupantis. Quē morbum minimè inueteratum frequentibus balneis uictuq; humido & boni suc-

ni ſucci, nullo alio præſidio adhibito ipſe aliàs curaui. Nam ubi diuturnus ipſe morbus eſt factus, fortiora reme dia poſtulat. 3. de locis affect.

47 Quibus uentriculus adeò imbecillus eſt, ut omnes cibos corrumpat, ijs prodeſt plurimum uomitus ante cibum uini dulcis uſus, & alimẽtum concoctu facillimum. Item & medicamen diſcutiens abſtergensq́; ut hiera picra. Quæ uacuatio non eſt negligenda, alioqui morbus fit deterior, ideoq́; curatu ægrior. 6. de ſanit. tuend.

48 Intemperies calida exuperans cui adiũcta ſit humiditas, mediocris minore metu, aqua frigida curabitur, quando ex ea minimè lædantur, uicinæ partes ipſius uẽtriculi, ut quæ mediocriter habere debeãt. 7. Methodi.

49 Qui appetentia carent ſic ut cibos auerſentur (quemadmodum in diarrhœa accidit ex caliditate orta) his de medicamento, quod ex cotoniorũ ſucco fit unũ, aut duo cochlearia danda ſunt, aut ſi huius copia nõ

est, eius quod ex carne eorum cōponitur. Si uerò ex ægro compereris nutrimentum corruptum in superioribus partibus uentris pendere & grauari, aliquid diatrion, pipereon dabis, non medicamentosi illius, sed eius quem in ijs, qui cruditate laborarēt lib. de Sanit. laudauimus. Sin motum id notabiliter ad inferiora fuerit ad iuuandum aut glande subdita, aut leui per inferiora infusione est, utiq; si rosio simul adsit, hāc mitigantibus, si flatus hunc comprimētibus, si neutrum fuerit ex aqua, melle & paulo olei id quod subter infundetur facientibus. Vbi uerò uehementior rosio urgebit Sabinū oleum, in quo aliquid sæui anserini sit liquatū est utilius. Si uerò eius copia non est, gallinacei sæui. Si nec huius facultas est, caprini. Quod si huius quoq; penuria erit inijciendum oleo parum ceræ est potissimum elotæ. Flatus uerò sanādi sunt oleo in quo ruta, & semina quæ flatus discutiunt fuêre incocta, apij, cumini, marathri aliorum

que id genus. 8. Methodi.

50 Vacuata aluo in appetẽtia deiecta, nutriendum protinus, amotis ijs quæ astringant: ac siquidem, primo ad uesperam hæc egeris, aut etiã noctis qualibet hora, etiam secundo die similem adhibebis prouidẽtiam in quo etiamsi planè desijt febris, & appetentiæ deiectio, lauari hominẽ sines. Ac ubi in sequenti nocte quietus, citra offensam dormierit, sanum iam hominem prorsus existimabis. Si uerò sequenti nocte aut etiam tertia febrile quiddam paululum afferat ne id quidem formidandum, sed hunc quoq; postridie lauabis, nutriesq; ac reliqua ut ante definitum est exequeris. Ibid.

51 Quibus ex abundantia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa uina ceu noxia, aquosa ce parum efficacia sint fugienda. Deligenda uerò sunt media, quæq; flaua sint & calida nisi fortè imbecillium illis caput est, quod facilè calentibus uinis tentetur. Tum enim quæ minus ca-

leant sunt potius offerenda. At quibus ex bili affectus hic inciderit, si cogantur prorsus uino uti, fugere oportebit omnia tum austera, tum noua, itemq; crassa. Deligere uerò aquosa magisq; si sint antiqua. Talia enim, tametsi non ualenter excalfaciunt, tamen facilè in omne corpus deducuntur. 12. Methodi.

52 Per uoluulosas stomachi subuersiones, aliquando stercus per uomitum redditur, ubi scilicet partes affectæ serosis medicatisq; humorib. magnopere affliguntur. Quod si imbecilliores etiam sint geminatur malum, erit itaq; in ijs curationis scopus ut ad illas adorata admoueamus, ueluti anisum, appium, Glaucum, cuminum, seseli, &c. Nam quemadmodū graueolentia omnia stomachum subuertere solent, sic adorata corroborare. 8. de comp. secundùm loca.

53 Scire quidem licet eas dispositiones, quæ à prauis succis circa uentrem stomachumq; oboriuntur maximè per medicamenta ex aloë iuuari, mi-

ri,mirum autem in modum lædi ab edulijs potionibus, & pharmacis astringentibus. Contra uerò ubi humores nõ qualitate,sed copia ob uentriculi affligunt utilissimus astringentium est usus,languida tunc existente particula affecta instar laxatorum articulorum. quorũ etiam per astringentia affectio corrigitur. Ibid.

54 Deprauata potionis cupiditas deprauatæ appetentiæ ciborum proportione respondet. Siquidem immoderata potio appetitur quando contenti in uentriculi tunicis uitiosi humores,aut salsi sunt, aut biliosi,interdum etiam cũ, ueluti feret in eo natiua ipsius humiditas. At prauas potiones nonnulli appetunt pro uitiosi humoris,qui in ipsis uincit ratione. 2.de sympt.causis.

55 Quibus os uentriculi imbecillum nauseosumq; est, sistitur autem uenter,ijs conuenit primo loco olera cum oleo & garo aliaq;, quæ uentrem molliant sumere. Post iustum autem cibi modum aliquid eorum,

quæ ſtomachum roborent, ea ſunt mâla, pira, & punica. Ipſe autem qui affligitur omnibus ſeorſum exploratis quod minimè noxium, iucundiſſimumq́ inuenerit eo in quantitate mediocri utatur. 6. de ſanit.

56 In febri diaria febri ex diarrhoea, cum os uentriculi imbecillus eſt, cibumq́ reſpuit periculo uiniri oportet calido & ſicco, uel ex oleo in quo abſynthium incoctum ſit, uel ex nardino madenti ac plurimũ expreſſo, abundeq́ calenti cum primum apponetur. Quippe quæ tepida ſunt omnia uentriculi firmitudinem diſſoluunt. 8. Methodi.

57 Qui appetentiæ deiectione in diarrhoëa affligitur, fluente adhuc aluo, ſi uentriculus intus uritur, ita ut affectus quidam phlegmonæ ſimilis, in eo conſiſtere uideatur, utilius eſt ceratũ frigidum, quod ex melino conficitur. Omnino autem ſi appetentia deiecta ſit, uentre non ampliùs excernente, ex medicamento quod ſucco, uel carne cotoneorũ cõficitur,

ficitur unum aut duo cochlearia exhibebis. Ibid.

58 Hyposarcam curamus adhibitis primum, quæ pituitam purgant solutione uentris, deinde quę uomitu, postremò quæ apophlegmatismo. Purgat enim hoc præcipuè capitis humores phlegmaticos. Quod si uniuersum corpus huiusmodi inuaserit humiditas uniuerso etiam reme dio utemur medicamētis, scilicet incedentibus, & excalfacientibus & ictericisq́ꝫ. in 1. de humorib.

59 Qui in Regium morbū ex obstructione inciderūt, absq́ꝫ febre permanent. Qui uerò ex inflammatione omnino febricitant. Quod magnopere lædunt medicamentosa & facultate calida omnia. ut Gentiana Struthion, helenium, costus, aristolochia Polium, Centaurea. Conueniunt autem ictericis ex inflammatione hepatis quæcunq́ꝫ sanāt inflammationes, quemadmodum etiā ijs, qui ex obturatione omnia, quæ strenuè extorgent, etiamsi medicamentosam sub-

stantiam

ſtantiam calidamq́ facultatem. Si uerò obſtructio ſimul & inflammatio coëant laxantibus ſimulq́ extergentibus opus erit. 9. de comp. ſecundũ loca.

60 Ictericos quacunq́ licet ratione purgare enitendum eſt, ſiue ſolutione uentris, ſiue momitu, ſiue ſanguinis è naribus effluxu, ſiue urinæ emiſſione, dũ purgetur, eôdem pertinebit. 1. de humorib.

61 Qui pro ruente ad cutem binoſo humore icterici fiunt, balneis potabilium aquarum, & olei diſcuſſorij aſtrictu omnium rarefacientium cutem facilè curantur. Huiuſmodi ſunt anethinum oleum, chamæmelinum, atq́ cicinum. Poſthęc etiam unguenta Gleucinum comagenum uinum, atq́ amaracinum. Alię confectiones priuatim ictericæ dictæ, ad eos qui obſtructione uaſorum iuxta hepar, aut inflammatione laborant, omnes pertinent. 9. de comp. ſecundũ loca.

62 Omnis humor ſimilibus ſui ſibi coloribus admotis faciliùs purgatur,

tur, ut icterus citrinis, quod bonum est. At reiectatio sanguinis purpureo colore magis mouetur, quod est perniciosum. 2. de humorib.

63 Hepatis scirrhum initio quidẽ sanauimus, inueteratum autem, neque ipse potui sanare, neq; alium uidi qui posset. Quippe omnibus ita affectis aqua inter cutẽ, denuò subsequitur, nec uerò fert hoc uiscus fortia medicamenta, ut splen. Quare si sit induratum augere oportet, ea quę ratione inflammationis illius apponuntur in mistura emollientium adhibita etiam congruente uictus ratione, unà cum potionibus dissipantibus & abstergentibus, eum qui in uiscere continetur humorem, & aliquid eorum quę urinam cieant. 2. ad Glauc.

64 Ex splenis etiam scirrhoso affectũ proficisci potest hydrops, ex eo enim hepar, ex hepate reliqua inficiuntur. 6. de locis aff.

65 Emplastrum ad spleneticos, & hydropicos conueniens, quò etiam

Ischia-

Iſchiadicos liberauit conſer. Gal. refert. Picis aridæ lib. iiij. Ceræ, reſinæ pinus, ammoniaci thymiamatis, nitri rubri, baccarum lauri aridarũ ſing. lib. ij. adipis laurini lib. i. iridos lib. ij. canchrios unc. xviij farinæ fœnigręci pollinis, radicis chamæleonis nigræ tenuiſſimè tritæ ſing. ſextarium unum, cumini tenuiſſime triti ſeſquiſextarium, paſſi ſextarium 1. confecto utitor. 9. de comp. ſecundùm loca.

66 Si iecur obſtructum ſit ſuccurrendum eſt ijs, quæ meatus eius aperiant, & in uijs hærentia expediant, quæ etiam cõcoctionis tarditati conducunt, quorum optima ſunt Opymeli, & diatrion pipereon, quod nihil non familiare receperit, adhæc extenuatorius uictus & deambulatiunculæ. 6. de ſanit.

67 Nos uel ſi minima ſuſpicio ſit iecur uẽtriculùm'ue phlegmone tentari abſynthium protinus oleo incoquemus, ac eas particulas profundemus. In penuria uerò abſynthij inter

initia

initia, uel melinum, uel mastichinũ, uel lentiscinum satisfecerit, quod si exigua febris sit etiam unguentum quod ex nardo componitur. 11. Methodi.

68 At si iecur phlegmone infestatur, exisitissimo uictu est op9. Aeque profectò & si uẽter sic laborat quippe munus eorum toti animali est cõmune. Adhibenda igitur quæ culpa uacent, ut in cibis ptisana, quæ siue rosione deterget, ut in pharmacis oxymeli aqua mixtum. Nam & punicum malum & cætera, quæ astringũt dum bilis meatum arctant, ipsam bilem excerni prohibent. 13. Methodi.

69 Vbi iecinoris cauum phlegmone affligitur, per aluum purgatur, ubi uerò gibba, per ea quæ modicè urinas mouent, cuius generis est apium. Procedente uerò tempore, ubi phlegmone ipsa iam concoquitur etiam ualentioribus uti licet, asaro & celtica nardo, & phu, & petroselino, & c. sery mio & mio: Sicut etiã per uẽtrẽ uacuare si cauum afficitur, cnico

cibis

cibis admixto, & urticæ semine, & mercuriali, & epithymo, & filicula omnibus præterea, quæ aluum deijciunt. Magisq; in remissionibus tum his ipsis utendum, tum uerò his quæ sunt ualentiora partim in ptissana incoctis, partim tunsis & in puluerem redactis. Exhibenda uerò hæc sunt ex ptissana, uel ex aqua. Ego namq; etiam filiculæ aliquid in ptissana, aliquando incoxi & nigri ueratri corticem. Etiam clystere uacuare eos conueniet inter initia, uel sale, uel intro, uel aphronitro aquę mulsæ admixto contentis. Intermissionibus uerò potissimũ si quid scirrhosum, ex phlegmone relictum est etiam ualentiora nascentibus. Quippe hyssopum eo casu aquæ incoquimus & oryganũ, & colocyntida, & minus centauriũ. Ibid.

70 Hepatis imbecillitas medicamentis aperientibus, & mediocriter extergentibus, qualis est therebintina, quæ uenarum angustos meatus extergit expurgatq; curãda est, ne ex obtu-

obturatione putrescāt. Hepatica autem nulla uehementer refrigerantia esse oportebit. 8. de comp. secūdùm loca.

71 Chicorium & seris inter genera ciborum ascribuntur. Facultas autem eorum est sub frigida & subamara ac mediocriter astringēs, quarum qualitatū ratione, calidis hepatis intemperantijs summè conueniunt. Refrigerant enim moderatè & præterea firmitudinem adferunt uisceri, sed nec frigidam eius intemperiem magnoperè lædūt, quemadmodum, quæ frigida sola amaritudinis & astrictionis omnis expertè sunt prædita. Quod si mellis aliquid admisceatur per urinas etiam humores aquosos probissime eliciunt. Ibid.

72 Miscenda sunt hisce affectibus cùm discutientibus etiam mollientia pharmaca, quæ præparent indurata corpora aptaq; , ijs excipiendis efficiant. Cùm enim hepar sit corpus humidum natura, multò magis cæteris etiā partib. emolliētib. indiget. Ibid.

73 Serum lactis cum sit amaritudinis gratæ præ cæteris hepar extergere, & aperire eius meatus potest maximè siue calfactione, aut refrigeratione nimia. Ibid.

74 Medicamenta quæ mordent, & erodunt phlegmonas, quæ in cauo hepatis sunt, magis irritant. Quippe ijs quæ in gibbis eius consistunt mutata iam ueniunt, ea quæ assumpta sunt, ita ut nec quæ astrictoria sunt similiter adhuc astringant, nec quod mordens est similiter adhuc mordeat, nec quod ob lentorem in angustis uasis hærebat, similiter etiamnum maneat lentum. Propterea etiam illis aromatica adijciuntur. 13. Methodi.

75 In liene phlegmone affecto curando si uel æger ex ijs sit, qui atræ bilis excrementum naturaliter congerant, uel etiam eo tempore succus, is in eo abundet necesse est astrigentia reliquis admisceas, quò uisceris robur custodias. Sin nullum omninò sit atræ bilis excrementum, aut omninò a-

nõ astringendo non, aut quàm paucissimè. 11. eiusdem.

76 Si in liene scirrhosa duritie phlegmone sit propter humoris quẽ continet, uel crassitudinem, uel lentorem, nulla magis cataplasmata, quã quæ ex oxymelite, & absynthio, & cappari fiũt, illi sunt idonea. Parcius uerò ad pectus, quàm ad iecur ac uẽtriculum est astringentibus utendũ. Ibid.

77 Ad scirrhosos affectus lienis nullum uehemẽter excalfaciens siccans'ue medicamen est aptum, sed ea tantum quæ cum molliendo digerere etiam commodè possunt. Cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum uitulina, tum seuum hircinũ, & taurinum, & leoninum. ad hæc ammoniacum thymiama & Bdellium utrunq; ultimo Methodi.

78 Excremẽta corrupta lienis nõ nisi per inferiora purgantur, neq; enim ad renes ipsa transmittere potest ob imbecillitatem, propterea cum phlegmone afficitur uentrem

ſoluere ſolemus. 12. Methodi.

79 Pleuritides lateralesq; morbos attenuantibus pharmacis & cataplaſmatis, & uentris ſolutione purgamus. Ptiſſanam autem non damus præſertim in uigore morbi ne forte, criſis impediatur. 1. de morb. acut.

80 Cataplaſmata laterib. lana molli, ſeu linteolo complicato, aut quopiam alio ſimiliter molli applicanda ſunt ne coſtas contactu lædant. 2. eiuſdem.

81 Scirrhoſo affectui ſi ita durus ſit ut nil expuretur, conferet multum ſuffumigatio cataplaſmatis humidi. Ibid.

81 Apoſtemata quocunq; ex humore ſint orta, ſiue ex bili, ſiue ex melancholia, ſiue ex phlegmate non ſunt attenuantibus curãda, nec ſi ex ſanguine quidem in lateribus cõcreuerint, potiſſimũm ubi calidior fuerit aëris tẽpeſtas, aut ubi bilis in corpore damnabitur. Sanguis enim in bilem facilius tum mutatur. quod ex eo uidere eſt, quod qui reiectant ſanguinem

guinem continuò cholericum quid expuant. 2. de humorib.

83 Omnia quæ magnis pleuritidibus accidunt, respondent symptomatibus partis neruosę septi trãsuersi, tum quòd succingens costas membranæ multis neruis prædita sit, tum quòd adhæreat septo transuerso mẽbranisq; thoracem intersepientibus per quas ad quos continuatur. 4. de præcog. ex pulsibus.

83 In ijs uerò abscessibus, qui in alta corpore constiterunt ac potissimũ in uisceribus, medicamenta quæ ex aromatis componũtur maximè sunt, utilia utpote quorum uis collectum humorem, tum in habitum resoluat, tum digerat. Sunt profectò & alia eius generis medicamenta quorum laudatissima sunt, tũ antidotus, quæ ex uiperis componitur (theriacã uocant) tum qua Athanasia uocatur, tũ Ambrosia: atq; hæc quidẽ sumptuosa. Viliorum sanè optimum est nostrum quod ex calamynthe cretica est compositum. ultimo Methodi.

84 Commune quidem est abscessibus & pulmonis obstructionibus, ut absumatur redundantia humoris affectionẽ gignentis. Proprium uerò uiscidis quidem pulmonis humoribus obstruentibus, ut per attenuantia & extergentia pharmaca curẽtur, ac dissecentur. Tumoribus uerò ut per attenuantia, & siccantia conficiantur, quę curatio omnibus quidem abscessibus in alto consistentibus cõmunis est. Vini itaq; potus utrisque competit, sed parcior abscessibus, q̃ obstructionib. esse debet. 7. de cõp. med. secundùm loca.

Addit Moyses.

Attenuantia quæ calfaciunt siccantq; primo gradu (ut Galenus docet) sunt hæc Eupatorium, iuncus, rotundus, tamariscus, & pistacea. Secũdo uerò hæc, cardamomus, balsam9, aristolochia iris, cucumer, rhabarbarum, asphodelcis & mastiche. Tertio gentiana, ebulus, daucus, cinnamomum, hypericon, hissopus, nux romana, ammoniacum, malua, sambucus,

bucus, pimpinella, serpyllum, mentha, ruta, cassia lignea, sagapenum, melanthium & dracuntium. Recentiores autem sæpius utuntur Serico Silphio & Calamintha. Atq; hæc sũt trigintaquinq; tenuiter siccantia & calfacientia medicamenta, quibus uel simplicibus, uel compositis, pro ratione ulceris, cùm opus fuerit, uti possis. Acetum inter attenuantia & siccantia numerantur, sed refrigerat simul cum calfactione, & adimatum quod mediocriter in utroq; se habet.

85 Vulneribus intestinorum si abscessu careant facilè est ex astringentibus reperire remedium. Vbi uerò abscessus accesserit, aut hydrops, aut aliud difficillimè curantur, quod in dies maius malum fiat. In membrana autem hepar musculosq; lateris augente, si quibus alijs partibus sunt sanè hydropes frequentissimæ. in 6. Aphoris.

86 Et si altera ex duobus intestinorum operimentis peritoneo, uel epiploo lędatur, ac undiq; uulneref, si

modo alterum ſit integrum ab affe-
ctu liberari poteſt animal. 5. de uſu
partium.
87 Emplaſtra & cataplaſmata à ue
teribus quidē medicis cœliacis cōpa
rata, ſi ſæpe uſurpēt, cōferūt, ſin ſimel
aut iterum tantum, poſtea aliud exhi
beatur: plus illa detrimenti quàm cō
modi adferunt, ſiquidem nil aliud q̄
inteſtinorum tenſionem adauxerūt.
de Clyſteribus.
88 Si dolor inteſtinorum cum fe-
bri aliquando incidat, principio qui-
dem ſi ferat æger fomentum ſiccum
ex milio adhibendum eſt. Si ab hoc
non quieſcant ſemen aliquod quod
flatus diſſidet in oleo quod tenuium
ſit partium coquere, mox per linteū,
quò purum ſit oleum colare, dein an
ſerinum, aut gallinaceum ſeuum, nec
ſalſum, nec admodum uetus in ipſo
oleo liquare, & per ſedem infundere
oportet. Ac ſi neq; ex hoc remittan-
tur dolores, ſecundo rurſus inijcien-
dum eſt: adiecta etiamnum caſtorei,
& papaueris ſucci, utriuſq; non am-
pliùs

pliùs fabæ magnitudine, olei uerò hemina. 12. Methodi.

89 Lumbricorum tria sunt genera, ascarides breuesq; tenuesq; uermibus terræ similes in extremo longanone. Potissimum reperti, institæ longi latiq; semini cucurbitæ similes in maioribus intestinis nati, & teretes longitudine palmares, & plerunque longiores, serpentibus similes in gracilibus plerunq; intestinis contēti. Omnes autem ad uentriculum elati dolores incutiunt. qui curantur amaris potissimùm medicamentis, ut myrrha quæ etiam secūdo ordine cal facit & exiccat. Brassicæ esculētæ semen, potum, calamintha, & anchusę quarta species, calida & amara, præcipuè ad latos idonea est oxybaphi mensura cum nasturtio, & hyssopo epota. 1. in 2. Epid. & 6. de simplicibus.

90 Renes si uiribus suis constent, certum humorem pinguem in uenis en sanguine eliciunt, attrahunt & ad uesicam mittunt, à qua postea cum

urina eijcitur. Si uerò imbecilles sint ut attrahere nequeant, tum alterum horum necesse est, ut aut à uenis ad uentriculum, reijciatur, aut per totũ corpus fundatur fiatq; hydrops. 2. de caus. symptomatum.

91 Retenta longo tempore urina, uel ob somnum diuturnum, uel ob negocia urgentia, ipsa uesica extenditur, atque urina supprimitur contractrice facultate propter tensionem lęsa. Præterea ob sanguinis grunium, & pus crassiunculum interdum retinetur: in pueris etiã quos lapis in uesica cruciat, uidimus sæpenumerò eã supprimi. Eos itaq; resupino figurato corpore adeò cõcussimus ut à meatu lapis dimoueretur. 6. de locis affectis.

92 Sedis uitia ob ipsius partis sensum exquisitissimum & ob crebrum per ipsam excremẽtorum decursum ægrè, curationem recipiunt. Aptissima autem ipsis sunt medicamenta, quę absq; aspredine astringunt, qualia sunt maximè, quæ ex metallicis

neq;

neque acria, neque acerba existunt, hæc siquidem loca citra mordacitatem (id quod requiritur) operãtur. 9. de cõp. secundùm loca.

93 Ex melãcholico sanguine quatuor affectuum genera existunt, scabies & lepra in cute. In carne uerò & uenis cãcer atque elephas, ille quidem ex ipsi9 sanguinis copia, istius hic uerò ex eodem tẽpore procedẽte: quo corpus grauiter olet, turpeque atque deformatum uidetur, interdumque exulceratum. Gal. de tumorib.

94 Iuncus seu pituita nonnunquã tanta copia exuberat, ut cum urina reddatur, ac sæpe ulcera in articulis nascantur, ijs quibus hydropici afficiunt. Similia ea uerò nonnullos medicos in errorem aperiẽdi ulceris induxerunt, saniem subesse cogitãtes, quod tamen sola caro pituitosa non esse, ita arguere poterat. 8. in 6. Epid.

95 Tabis species sunt tres, tabes tabida, quæ & tabida febris, & senecta ex morbo tabifica dicitur, tabes torrida, & tabes syncopalis. quibus

com-

commune eſt, ut humectentur ob cō munem ſiccitatem. Propriū uerò ſenectæ quidē ex morbo calfieri, quæ febribus ob immodicam intempeſtiuamq́ refrigerationem, in eum affectum tranſeuntibus cor frigidius factum eſt, quàm ratio naturę poſtulet. Torridæ uerò, refrigerari, ob habitū ſicciorem à calore & ardentiſſimis febribus effectum, & Syncopali, id eſt, deliquio animi coniuncta ſi etiamnū fiat, ita ut humiditas ſolidis partibus abſumatur miſcellanea curatione curari balneo tempeſtiuo, poſt concoctionem miniſtratio ex frigida pota, & uictu in mediocritate conſiſtente. Tribus autem illis marcoribus conuenit hæc alimentorum ratio, lac ex mamma muliebri exuctum, aut ſi nequit ex aſina, uel dum adhuc calet ne aëri fuit expoſitum. Ptiſſana Alica, aceto tamen condita ut facilius diſtribuantur. Mel autem & uinum torridis fugiendum. Syncope autem affectus coctum mel uel ſolum, uel aliȷs intermiſtum cibis concedetur, ſenili tabi

tabi utrunq; erit optimum remediū. Gal. de tabe.

96 Obesitatem quæ multum & actiones impedit & corpus deturpat corrigit, & extenuat attenuandi uictus ratio, quæ incidentibus & dissecātib. omnis cōstat, aceto alliis, cepis, piscibus salsis, carnibus subtilissimis, balneorum usu calidorum, item exercitiis fortibus, sitis, patientia diuturna & marina, atq; calidorum locorū conuersatione, sed maxime marina, est enim is aër acerrimus multumq; humores resoluens. Galen. de atten. uict. ratione.

97 Medicamenta podagricis propinata, si humores quidē fluere prohibeant, at partes affectas non purgant, sunt prorsus non solum inutilia, sed perniciosa, eo quod sanguinē retinent, à quo superioribus partib. collecto suffocationes fiunt, & graues conuulsiones, idq; sæpe experientia probatum est. Consulo igitur ut potius theriacā bibant à qua multos restitutos sanitati uidimus. de

The-

Theriaca ad Pisonem.
98 Redundantes sanguinis copia partes, scopum curationis habẽt euacuationem, id est, detractionẽ, quandoquidem morbus est immodica repletio. Sed primum intendẽdũ est ut retrocedat, à parte affecta humor ꝙ fiet inprimis uniuersi corporis uacuatione. deinde, eius quod influit ad cõtraria loca retractione. Quodsi hac uia nõ retrocesserit sit humor effusus ad intermedia spacia & uacua uenarum per locum affectum uacuandus est, imponentibus nobis particulis superiacentibus ea, quæ repellendi uim habeant, maximè uerò ea quæ in spatijs delitescant scarificationũ auxilia & medicamẽtorõ discutiẽtium uacuabis. At quæ descutientia omnia uires calidas habent, effectus autem huius tẽperaturæ est mordere ubi caliditatis modum excesserint, cauenda ex eis sunt uehementissimè calida ac tum præsertim cùm patiens locus in superficie constiterit. Quòd igitur mediocrem caliditatem obti-

net in hiſce dolorem ſedat, ac multò magis ſi humidum fuerit. Gal. in arte medica.

99 Si in his fluxionibus ſummæ partes omni noxa caruerint, id uerò quod euacuari oportet, in penitioribus partibus hæreat, intendēdus atque augendus diſcutientis medicamentis calor, quum dubitandum ſit ne priuſquam profundas partis attigerit uires emittat. Hæc duo autem ſimul inuitabunt ad calidorum pariter atq; acrium uſum ſummarum partium tolerantia, & profundarum neceſſitas. Ibid.

100 Herpetes exedentes quantū ad totius corporis uacuationem attinet, ut eryſipelata curare oportet, nēpe per uenæ ſectionem conſiderata ætate, anni tempore, uiribus, & conſuetudine. Non tamen ferunt ea medicamenta, quæ præter id quod refrigerant humectare ſunt apta, ſed ſola refrigerantia, quæ maximè exiccare poſſunt. Quare ſuperimponere ipſis oportet ab initio quidem ex uite capreolos

preolos & folia rubi, & rubi camini & plantaginis. Posthæc lentem adiungere, aliquando mel, aut hordeaceam farinam, aut cataplasma quod influit, repellens, & quod continet exiccans (omne enim ulcus exiccari poscit) quod fiet ex corticibus punicorum malorum in uino decoctis & esu & farina ordei siue semperuiuo. 2. ad Glauc.

101 Herpetas uerò qui summam cutem tantum exulcerãt nisi diu perdurauerint, nullo horũ inungere oportet, quæ uehemẽter exiccant. Verùm ijs sufficiunt, quę glaucij uim habent. Quę quidem aqua diluenda erũt, uel aceto, si nil aqua profecerint. Quod si etiam solani succo intinxeris, uel arnoglossi plus etiam cõferes. Ibid.

102 In Alexandria Aegypti plurimi ob crassam uictus rationem ac regionis feruorem elephantiasi corripiuntur. At in Germania & Mysia rarissim9 hic morbus. Et apud Scythas lactis potatores nunquam ferè apparuit. Ibid.

103 Ele-

103 Elephantiaſim & ulcus melancholicum cancrum initio morbi ſæpe curauimus medicamentis atram bilem educentibus & uictus optimè conſtituta ratione, ſuccum ptiſanæ, abundanter exhibentes & ſerũ lactis, ex oleribus autem attriplicem maluam & blitum, itemq́ cucurbitas ſi occaſio feret, & piſces ſaxatiles auesq́ omnis generis præter paluſtres. Ibid.

104 Qui uenere diu uſi ſunt & ſtatim uti deſinunt, ijs frigeſcere corpora ſolent & ad motum grauiora fieri. Vidimus etiam timidiores inde factos memoriaq́ lapſos & peſti magis obnoxios, ſicuti ſunt melancholici. Quod ex ſpermatis recentis nidoroſo uapore fieri credibile eſt. 6. de locis affect.

105 Condenſatam cutem præcipuè aperit ac emollit anethinum oleum, quemadmodum laſſitudines acriorum & mali punici oleum. 3. de ſanit.

106 Palpitatio cordis, quanti hu-

Q more

more cor ipsum mouetur, plurimis per integram ualetudinem accidere est uisa: quos omnes detractio sanguinis iuuit, unà cum extenuante uictus & medicinæ ratione. Eorum tamen qui sic affecti sunt nullus ad senectutem peruenit. 5. de locis aff.

107 Quæ extrinsecus profluenti particulæ admouentur, tum adstringentia, tum citra astrictionem frigida, hæc ipse ut plerique medicorũ non ubique probo. Sanguinem enim ita intrò compelli, & uenam replere uideri contrà atque decet. Siquidem uidimus quosdam eorum, qui sanguinẽ ex pulmonibus reijcerent ex thorace, refrigerando manifestè læsos: & qui sanguinem uomuerunt nonnullos postquam uenter foris est refrigeratus, infirmiores fuisse, & quibus è naribus sanguis profluxit ex refrigeratione capitis deterius habuisse. Ergo nec animo, nec sine discrimine, nec omni tempore loca circa particulam, unde sanguis profluit posita refrigeranda suaserim. Imò postquam

in

in alia priùs auerteris, ut exempli gratia in naso, ut sanguis missione sis usus, uel artuum frictione deuinctioneq;, uel ad præcordia defixis cucurbitis: ne sic quidem ad caput & frontē refrigerantibus utendum ilicò, sed priùs est ad contraria reuellendum, utiq; affixa in summa ceruice cucurbita. 5 Methodi.

108 Nerui contusi cataplasmate athletarum, quod ex oxymelite & fabacea farina conficitur, curātur. Idq; planè salutare est medicamētum. At si dolor unà cum contusione uexat, etiam picem liquidam immiscere ac bene coquere, tum calens medicamentum imponere oportet. 6. Methodi.

109 Qui syncope ob spirituum redundantiam laborāt, quod corporibus constent laxioribus, cibis lentē aperientibus, quales sunt panis, far, fructusq; omnes astringentes, quiq; citò corrumpi non possint reficiuntur. Item uitellij ouorum & testes gallinacei. Omnium autem prima sit cu

rę, ut cutis densetur crassetur ac firmetur. 5. eiusdem.

110 Vlcere in carne iam facto, si reliquum corpus sanum sit, mitigare dolorem oportet tetrapharmaco in linteolo imposito (liquatur autem id oleo potissimum rosaceo, uel si id non sit relaxanti aliquo) toto uerò membro lapso lanæ ex calente oleo imbuto circumdato. Sin plethoricũ sit corpus, uel malo succo redundet, curatione per ea quæ colent fluxionem ad membrum citante, nec alia sanantur. Quare sanguinem mittere necesse est, idq; aut uena incisa, aut membris ijs, quæ læsa non sunt scarificatis. Manu enim laborante scarificabis crura, altero autem crurum malè habente, reliquum. Sæpe tamẽ uel ipso, qui curant segniore, uel eo qui laborat prę mollitie uacuationẽ non admittente glandularum phlegmone maior efficitur, sic ut ad suppurationem perueniat. 3. Methodi.

111 Vbi ex animalis punctu morsuúe dolor incidit duplex sanandi ratio do-

tio doloris est, uel uirus ipsum uacuando, uel quod dolorem excitat alterando. Vacuabis quidem eorum medicaminum ope, quæ uehemẽter attrahũt. Alterabis autem ijs, quæ sunt contraria, idq; uel qualitatibus, uel tota substantia. Item uacuabunt tum excalfactoria omnia, tum quæ citra calfactionem uehementer trahunt, ueluti & cucurbitulæ, & cornua quędam quibus nonnulli cucurbitularũ uice utuntur. Sunt autem & qui ore suo uirus extrahunt ægrę, uidelicet particulæ admoti, ipsasq; complexi. Ibid.

112 In tendonibus & ligamentis cum scirrhosa fuerint, satius est ei curationi quam per molliẽtia molimine, incidentium aliquid admiscere ex quorum numero acetum, uel imprimis est. Eius enim uis, modo eò quis modicè & debito tempore utatur, salutaris est eiusmodi affectibus, ceu crassos humores dissecans ac resoluens. Sin uel immodicè, uel in tẽpore non idoneo, tenuiores partes

uiolenter absumens, id quod reliquū est lapidescere sinit. Sed & siquis eo diutius utatur substātiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec sæpè, nec inter initia, nec longo tempore medicamentis, quę ex aceto cō ponuntur ad ligamenta & tendones utendum erit, ultimò Methodi.

113 Materiæ cancri copia ex ustis elotisq; metallicis habebitur. Quippe quæ ex his componuntur, unà cū purgationibus ad sanandos incipiētes cancros magnam uim habēt. maiores uerò sat fuerit si his prohibeantur augeri. Ibid.

114 Articularis morbi curatio exordienda est ab euacuatione affligētis humoris: siquidem ex æquo humores redundent, in corpore uenæ sectione omnium primo administratæ. Dein purgatione quibus accedit pharmacorum conueniens atq; opportunus usus in pedibus quidem & manibus eorum, quæ repellēdi ac reprimendi uim habent. In ischijs uerò, id est, coxendicibus non item reprimen-

primentibus, sed mitigantibus. nam cùm ea iunctura in alto corpore consistat si reprimatur sanguis ex uicinis & circumpositis uasis à musculis ad illam truditur, repleturq́ multò magis quam antè. Mitigantibus igitur in principio uti melius est, quæ nec refrigerent multum, nec excalfaciãt uehemẽter. Calore enim alliciuntur humores potiusquã retineantur. 10. de compos. secundùm loca.

115 Ischiadicis auxiliantur uomitus magis, quàm uentris solutiones, ut qui humores inferius repentes euellant. Quocirca mouendi uomitus principio ab accepto cibo: postea uerò etiam per medicamenta uomitoria, initio à mediocrioribus facto. In quibus autem uehemens humorum densatio, quę ægrè dissolui possit, à medicis intẽpestiuè acriora pharmaca adhibentibus facta est: ijs affixa cucurbita ualdè auxiliabitur, & purgatio ꝑ clysmos efficaciores, qualis est, qui ex colocynthide constat. Ibidem.

Ex Theminio in Isagoge.

116 Ischiada seu coxnndicem inueteratam sic curato, ℞. nucis Cupressi drach. duas, foliorum cupressi drach. unam, acatiæ recẽtis unc. duas, misce cum pice liquata, & calida linteolo inuoluta ieiuno ægro, ac prius lauato imponito. Iaceatq; supinus donec siccatum sit emplastrum, & diebus quadraginta sic ligetur, ac bibat quotidie ex aqua myrrhi, & sacchari, nucis cupressi, & eiusdem foliorum tritorum, illius quidem duas partes, huius uerò mediam utriusq; ad drachmas duas.

Ex eodem.

117 Apophlegmatismus seu gargarismus ex decocto frondium chrysomeli, maximè utilis amygdalæ, & gutturis inflãmationibus. Resoluit siquidem quicquid ori carni dentiũ, uel gingiuis & uuulæ ex ijs affectib. incommodatum est.

118 In fractis ossibus curandis, principio quidem tenuissimè, cibandum & uenam incidere. Interdũ oporte

portet & per uentrem superuacua expellere. At quo tempore callus, gignitur nutriendum corpus est cibis optimi succi, & qui multum nutriant ex quibus prouenire succus consueuit, non solum bonum, sed etiam tenax qualis desideratur ad calli generationem. Item medicamenta adhibenda, quæ collos moueant ac augeãt quales sunt, emplasticotera & modici excalfacientia. 6. Methodi.

119 In particulis quæ circa artus sunt, cùm in ijs phlegmone orietur, nempe pedibus & manibus sat fuerit etiam spongiam, uel ex frigida aqua, cui paulum aceti sit ad mixtum, uel aqua sola imponere sicut etiam ex uino aliquo austero. In iecinore uerò si phlegmone laborare cæperit, nemo compos rationis his utetur. Sed si mala præcipuê cotonea uino incoquens cataplasma ex eo præparaueris, ne id quidem admouebis frigidũ, ueluti nec oleum, ut dictum est præparatum, uel oculis, uel oris partibus sicubi hęc phlegmone tentari cœpe-

rint, auri uerò etiamsi acetũ cum rosaceo infundas, nil offendas. At non est hoc oculis utilè. Ibid.

Moyses.

120 Aristoteles sub finẽ 9. de partibus animalium aphorismum quendam maximè medicum edidit, cuius tamen nusquam Galenum meminisse scio. Propterea libuit huc subijcere. Spasmus (inquit) etiam infantibus accidit non ex uitio lactis, sed ex nimia eius, potissimum si si pinguis est, copia.

DE FEBRIBVS.
SECTIO IX.

1.

Iborum concoctio siue ea in iecinore, siue in uẽtriculo fiat improsperè febres extendit ac succi uitio exacerbat. Quò magis in omni febre, ciborum concoctioni maximè prospicere oportet. 11. Methodi.

2 In febribus continentibus diligenter descernendum, quantum & quando frigida aqua sit exhibenda. Incommoda enim hæc sequuntur si intempestiuè immodiceúe fuerit exhibita, quòd lentos crassosq; humores, siue hi obstructiones, siue putredinem, siue phlegmonem, siue qualis erysipelas, aut scirrhus, aut œdema est affectum creauerint attenuari, digeriq; prohibent. Sed cum concoctionis humorum in ijs, notas uideris. de quibus in lib. de crisibus diximus: audacter frigidam dabis, maioriq; cũ fiducia si frigidæ æger assue-

tus

tus fuit. Porrò erysipelas quod uerũ erysipelas sit, non alio medicamento sanatur. 9. Methodi.

3 Febrium quas putredo accendit eiusmodi sunt differentiæ: una ex eo quòd causę ipsius putredinis iam adsunt, uel non adsunt. altera quòd per totum animal diffusa putredo sit, aut eius aliquam partem occupet. Tertia quatenus cũ phlegmone est, aut citra hanc. Causa putredinis quæ est transpirationis prohibitio, cum uarijs generibus orta sit, nempe densatis exiguis meatibus & constructis corporibus, & humoribus tum abũdantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, singulis harum affectionum per contraria curari oportet. Densitatem per ea quæ rarefaciunt. Constrictionem per ea quę fundunt, abundantiam per ea quæ uacuant, crassitudo per ea dissecant lentor ijs, quæ detergent. Ac siquidem totum corpus dictorũ iam singula occupârint, etiam toti per contraria succurrendum. 11. Methodi.

4 Si certam febricitantium naturę notitiam haberemus, non (arbitror) dubitaremus eorum aliquos assiduè in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam quod sint quidam, qui eam desiderent, uel ex ijs, quos iuuit constare potest, ut quibus frigida lauatio haudquaquam cõtulisset, nisi eo tẽpore opportuno ad eam affectum habuissent. Verùm quoniam exacta nobis affectuum cognitio non est, ac maxima ex errore impedet noxa, utiq; eiusmodi pręsidia recusamus potissimùm in hecticis febribus. 10. Methodi.

5 Si quando cataplasmate, uel emplastro dolorem mitigare febricitantis, uel uenam secare, uel uacuare necesse est, nec aliter fieri possit, neque ptissanam illi, neque aquam præbebis antequam feceris, quæ sunt ante dicta. nempe ante uacuationem, &c. In. 1. de morb. acutis.

6 Si corpus febricitantis iuuenili adhuc robore & carnis firmitate constiterit, nec sit uenter inflammatus, &

lauari aqua frigida, & mundari ac natare concedimus, & consulimus. 10. Methodi.

7 Periodorum febrilium uarietatis causa est humoris quidem putridi qualitas, & uirtutis expultricis ac meatuum in quibus continetur affectus. Siquidem humor crassus ac uiscidus lōgiori per se mora expellitur quā tenuis, & facultas imbecilla tardius mouet quàm ualida, & contractio angustiaq; meatuum diutius retinet, quàm amplitudo acollatatio.

Cùm igitur hæ motus causæ coiuerint crassitudo humoris, facultatis expult. imbecillitas, & meatuum angustia, periodum morbi diuturniorem efficit necessariò. At contrariorum contraria est ratio. 2. de febrib.

8 Vbi simul ipsa febre sentitur circa os uentriculi anxietas, morsus, & imbecillitas, priùs sanè uacuandi humores non sunt, quàm os ipsum uentriculi corroboretur, etiamsi cruditate, aut cacochymia æger ipse laboret. Est autem consuetudo nō parui momenti

menti ad euacuationis indicationem. Quidam enim nunquam prius fuêre uacuati, alij contra & multis cibis sunt assueti, & euacuati sæpe iam fuerunt: hos audacter uacuare oportebit si reliqua quidem persuaserint. 1. ad Glauc.

9 Febris putridæ generatio est humorum quorundam in uẽtriculo aut uenis corruptorum ad cordis concaua, cum uapore elatio. Ephimeræ uerò inguium inflammatio, & aliarum enim carnis partium circum cor partes cæteris accendentium, minimè tamen cor ipsum subeuntium. 2. de febribus.

10 Extrema ut aures, pedes, manus, nares, frigida, sæpe in febre acuta euadunt. Quòd ubi accidit, aut uiscera plegmone afficit, opoertet aut uentrem graui dolore premi, aut animo linqui & syncope teneri, aut calorem imminutum ac suffocatum nimia humorum repletione. in 7. Aphorism.

12 Extrema illa initio paroxysmi

refri-

refrigerata, non significant mortem, sed calorem naturæ nitro compelli. In 2. Prognosticôn, aliquando eundem extingui si febris sit acuta. 3. Epid. Sudor aut frigidus in febre acuta mortem. In lib. de sig. mortis.

12 Putredo uel æqualiter in omnibus subsistit uasis, maximeq́ principalibus (ea porrò sunt inter alas & inguina) uel una quapiam particula, quæ uel phlegmonem in se habet, uel etiam citra phlegmonem, ueluti in foco quodam principium febris in se continet.

13 Febricitare autẽ incipiunt nõnulli ubi magnam crudorum succorum copiam, unà cum oris uentriculi (quod stomachum uocant) offensione, uel ex cruditatibus, uel alia quapiam occasione cõgesserunt. His & præcordia inflata, & totum corpus ampliore mole, quã pro naturæ modo cernitur. Tum color his ad albidius quàm pro naturali habitu, & aqua intercute laborantium magis simile est, mutatus nonnullis etiam ad

nigri-

nigridius, aut liuidius, quos quidem medici plumbei palloris appellant. Omnib. pulsus arteriç minores sunt, quàm caloris ratione. Preterea obscuri omninoq́; inæquales sæpe ea inæqualitate, quàm (Græci συστηματικὴν uocant.) Semper uerò ea quæ in uno est ictu. Nulli talium sanguis mitti sine maximo despendio potest. Cùm tamen uacuationem desyderent, uerùm nec sanguinis missionē, nec purgationem sustinēt, utpote quos sint his syncope subitò adoritur. Propterea remedium magis idoneum aliud non est, quàm membrorum frictio, principio statim morbi tibiarū à cruribus supernè deorsum. Deinde brachiorum ab humeris usq; atq; superne deorsum donec ad lassitudinem accesserit, eoq́; solum tempore intermittens, quo somnus hominem occupauerit ad alimentum & frictio uberior facit. Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare se mutuo utiliter poterunt. 12. Methodi.

14 Febrium intermittentium tria

ſunt genera tertiana, quotidiana & quartana, quarũ prima illa ex bili putrefacta naſcitur. Quotidiana uerò ex pituita, quartana ex melancholicis humoribus. Intermittunt autem humoribus commotis, & per uniuerſum corpus dilapſis ac ſenſili motu recurrentibus. 2. de febrib.

15 Continuę ſunt quibus humor putrefactus deliteſcit atq; continet in uenis. Ex his autem quibuſdam cum intermittentibus quædã eſt coniunctio, ijs quidẽ humor tertio quoque die recurrit, cum tertiana & dicũtur tertianæ continuæ, ijs uerò quæ die intermedia acceſſionem faciunt, nec intermittunt eum quotidiana, & dicuntur quotidianæ continuæ. Eſt & tertium genus earũ quæ quartanæ acceſſionum ſimilitudinem habent, & perrarò eueniunt, quartanæ continuæ dicuntur. 2. de febrib.

16 Febris continua paroxyſmo grauis & ad quadrageſimum diem, producta inter acutas numeretur. 2. de Criſib.

17 Pu-

17 Putridarum febrium maximū indicium eſt mordacitas, & acrimonia caloris, quę proinde tactum, atq; fumus, nares, & oculos rodere uidetur. Sed in principijs acceſſionū, quibus calor adhuc intus ſuperfluitates, accendunt ſtatim admota manu pecipitur, ſed per morā affertur ex pernitioribus & tunc ſentitur. Comitatur etiam has febres pulſus initio paruus & uelox. Vbi uerò coſtiterunt, uelox ſimul & magnus. 1. de febrib.

18 Pro uarietate humorū in quos conuertitur ſanguis febres fiunt ſola bonitate, uel malicia differentes. Si igitur calor & uapidus, & minus inſuauis uideatur, à ſanguine proficiſcitur. Qui uerò moleſti rodentes atque mordaces tegenti exiſtunt, conſequuntur utramque bilem atram & flauam. At ubi in primo occurſu aliquid magis uaporoſum, quàm acre ſe repræſentat manui, ſed morā paulatim creſcit mordacitas, eaq; admodum inæqualis perinde ac ſi per cribrū excolari uideatur ex pituitæ pu-

tredine oriri talem febrem ne dubi-
tes. 2. de febrib.

19 Numerus horarum periodica-
rum, qui inter duo initia accessionũ
est medius considerandus est, atq; est
typus febrium metiendus. Sic enim
dicimus quotidianum typum sortiri
horas uigintiquatuor, tertium qua-
draginta octo, quartanum 72. quin-
tanum nonaginta sex. Quo similiter
pacto cæteri perficiuntur, ex horarũ
24. multiplicatione. Quod si in quo-
tidiana periodum 8. horarum esse cõ
tingat, Paroxysmus enim sex erit, &
duabus, tres tum quotidianas esse di
ces, siquidem 8. horæ sunt tertia pars
periodi phlegmatici. Sic quoq; si 16.
horarum paroxysmus fuerit, tres ter-
tianas in ęgro iudicabis. 16. enim ter
tia pars est, quadraginta octo hora-
rũ. Eodemq; modo si 18. fuerit qua-
tuor quartanas, q̃ 18. sit quarta pars
72. numeri. Gal. de typis, siue circui-
tibus.

20 Nulla febris pulsum naturalẽ
recipit quamdiu febris est, etiamsi tẽ-
pore

pore intermissionis, tẽpore diu quieuerit, atque huiusmodi fiunt in tertiana & quartana. In diaria autem ubi paroxysmus quieuit, pulsus naturalis ad se redit. 1. ad Glauc.

21 Quantum in corpore ægrotãtium humores mutantur tantum etiam accessionum circuitus. Quæcunque autem circa uictus rationem errata ab ægrotantibus fiunt ordinem circuituum peruertunt. Sæpe uerò ob complicationem circuituum, quę à medicis ignorat̃, id est, ob id quod non uidetur certam constitutionem habere febris, uidentur absque ordine accessiones ægrotantibus fieri. Ibid.

22 Paroxysmi horam statam anteuertentes anticipare dicunt̃, & magnitudinem morbũ proficiant. Si uerò accessionis initium tardet, omniaq́ue minuentur symptomata, declinationis morbi indicium erit certissimũ Porrò an ipse morbus augeatur, non ex eo tãtum coniecturari licet, quod accessiones statum tempus anteuertant, sed quòd longiores fiunt uehe-

mentiores & maligniores, ac cũ multis prauisq́; symptomatis accidant. Item cùm ipsum declinationis tempus erit breue, nec omninò facilẽ, nec symptomatũ accessionis expers. 1. de Crysib.

23 Signa tertianæ simplicis, quæ ex ægrotantis habitu cognoscuntur hæc sunt. 1. Rigor uehemens statim initio, quò ueluti aculeis pungi cutim sentit æger. 2. Sitis calorq́; uehemens & breuis. 3. Pulsus item toto paroxysmo ingens. 4. Summus accessionis uigor, non ita multò post principium accedens. 5. Caloris æqualiter in uniuersum corpus dissipatio. 6. Caloris item uehementis initio manui tangenti, sub finẽ uerò sensim suppressi perceptio. 7. Vaporis calidi aqua pota è corpore exhalatio. 8. Vomitus flauę bilis & fluxus uentris cholericus, urinaq́; in qua bilis superet. Tria enim hęc plerunque simul fiunt. 9. Sudor uaporosus calidus & æqualis. 10. Accessionis lõgitudo productior. 12. horas non exce-

excedens. 11. Quies febris post ſudorem. Ibid.

24 Quartanæ autem acceſſionis ſymptomata ſunt. 1. Eximia quædam pulſuum ad raritatem ac tarditatem conuerſio. 2. Si fiat autumno, aut tempore frigidam & ſiccam inæqualemq́ temperaturam ſortito. 3. Si regio talium febrium ſit generatrix, aut ægrotantis natura atræ bili obnoxia, talisq́ uictus ratio anteceſſerit, quæ humorem hunc aggregarit. 4. Si eo tẽpore quartanæ febres populariter fiant. 5. Si homo lienoſus ſit, uel febres erraticas paſſus. 6. Si augmẽtum & ſtatus plurimum contraria fuerint. 7. Tenuesq́ & albæ aquoſæq́ urinæ reddantur. Ibid.

25 Sed quotidianæ ſunt, non primo ſtatim die cum rigore inuadere, ſed progreſſu temporis, idq́ refrigerationes extremorum, magis quã rigores. 2. Inæqualis pulſus cum primùm acceſſiones fiunt. 3. Non deuri, nec denudare corpora & pallia iactare cogi. 4. Non multũ ac fre-

quenter respirare, ac ueluti flāma ex ore efflare frigidumq́ potum expetere. 5. Minimè sitire. 6. Vrinas in primis diebus tales quales quartanis incipiētes mingere albas aquosasq́. 7. Non sudare primis diebus, sed pro grediente tempore hoc accidere. 8. Natura humidior uitaq́ ociosa & plena crapulis, qualis pueris assiduè fit. 9. Oris uentriculi mala affectio & simul hepatis. 10. Cruditates plurimæ antegressæ, coquendi mora & acidi ructus. 11. Præcordia præter naturalem habitū, cum febrire incipiunt intimescentia. 12. Color cū pallore albus. 13. Hybernum tempus. 14. Status temporis humidus. 15. Accessionum principium circa uesperam. Ibid.

26 Continua ardens exquisita omnia seruat eadem cum tertiana exquisita, præterquam quod non inuadit cum rigore, neq́ ad infebricitationem desinit, & quotidiana ardens cū quotidiana exquisita, nisi quod ad infebricitationem, non desinit. Sic &

quar-

quartana continua cum quartana intermittente, nisi quod accedit quarto quoq; die sine intermissione, nulla interposita febris quiete, nec rigor in ea antecedit, nec sedit sudor. Ibid.

27 Cùm ipse sanguis secundũ naturam habens, trusus in locum fluxioni obnoxium putruerit: hic quidẽ affectus inflammatio est, si atræ quidem bili permistus dura, si amarę erysipelatibus similis: si pituitæ, inflata. Simplex uerò febris ex ipsa inflammatione accenditur, maximè ephemeris similis, quæ ex inflammationibus accidunt, nam & ipsa in generis inflãmatio ex optimo sanguine fit. Liquet autem quod cum hic putrescere cœperit non amplius bonus, sed ad amaræ bilis naturam transit, unde illud triplex uniuersum simplicium febriũ genus, biliosum, pituitosum, & melancholicum. eodem lib.

28 In tertianis cũ apparuerint concoctionis signa de absynthio statim aliquid dabis: est enim medicamentum præ cæteris laudatum curandis

ſtomachi ex eoſione affectib. ſi præſertim, ex ipſius coma quantum ſit ſatis melicrato intinxeris. 1. ad Glauc.

29 Tertiana cum uehementi, rigore accedit, quartanam uerò minimè uehementi uidimus. Torpet enim in ea rigendi uis, ſed ſi diu teneat grauior moleſtiorq́; efficit̃ præter id quod nec ſtatim ab initio hæc febris ſolet inuadere, ſed alijs quæ anteceſſerint, ſubſequi, & maximè errabundis febrib. ſuperuenire. Quotidiana uerò rarò abſq; læſione oris uẽtriculi, ſicuti rurſus quartana abſq; ſplenis & tertiana, abſque iecinoris affectione. Ibid.

30 Tertianæ ſimplicis & exquiſita indicatio ad maximum ſeptem circuitibus completur, ex intermittentibus autem breuiſſima mitiſſimaq́; eſt ipſa. Quod ſi ſit ſpuria non item mitis erit, uidi enim hanc in puero quodam ab autumno ad Ver productã. ad Glauc.

31 Rigoris ante ſtatum non deſinẽtis duplex eſt ratio, aut enim in acceſſio-

cessione febris cernitur, ut si paulò ante statum seu uigorē ipsius accessionis desierit. Cuiusmodi est, qui ex uitrea illa pituita frigida oritur: aut in morbo uniuerso, ut si non ante statū totius morbi desinat, cuiusmodi in quartana accidit. Eius enim summus uigor nō nisi cum diminui rigor cœperit agnoscit. In tertiana uerò principio quidem uehemens cùm fuerit, tamen ante statum quiescit. 1, in 6. Epid.

32 Simplicem singulorū morborum affectum non solum per se, sed etiam per ea quæ accidunt cognoscere expedit, ueluti in ea febre, quæ tertiana dicuntur, non hoc tantum aduertas si tertio quoq; die fiant accessiones in sanitatem, uel in febricitationem desinentes. Nam si duæ tertianæ sint, aut duæ quartanę, tertianęq; quolibet die, quartanæ uerò tertio quoq; accendantur necesse sit, ita ut duas tertianas, unam quotidianam putes, & duas quartanas, unam tertianam existimes profectò in errorē

maxi-

maximum laberis. Quamobrem etiam accessionum formę diligenter inspiciendæ erunt. 2. de Crisib.

33 Febres ardentes non ex sola bili retenta, sed ex incenso calore in uasis aëre etiam calido, cibis calidis, ex labore, uigilijs, ira, &c. gignitur. 1. in 1. Epid.

34 Naturam febris spectare oportet, ut crisim deprehendas, nam si sit uehemēter calida, iudicabitur per fluxum: sin debilis & flammæ extinctæ similis, longa futura est. Sæpe uerò etiam per egestiones licebit idem iudicare. 1. ad Glauc.

35 In febre acuta & calida si calidus acrisq; humor ad uentriculū delapsus sitim nō mouet periculosum est signum. Indicat enim facultatem sensibilem omnē propè iam absumptam esse. 1. in 1. Epid.

36 In febre calida uomitus quidē uarij significant, in intestinorum uenis, & concauo hepatis crudos inesse humores, urina uerò tenuis & aquosa in gibbo. 2. in 3. Epid.

37 Sym-

37 Symptomata febri calidæ duo ſunt præcipua ſitis perpetua, & calor uehementiſſimus, qui cùm tangitur ardere uideatur. 3. in 3. Epid.

38 Si in febre calida & ardenti uideris facultates omnes naturalem uitalem, & animalem uigore, & concoctionis ſigna appareat potes cum fiducia frigidam ęgro præbere, hoc uno ſeruato ne ſit ſenex. 12. Methodi.

39 Febris calida fit ex putrefacta bili in uentriculo maximè, in ſtomacho aut concauo hepatis, nec uſquã alibi. Præcipuumq́ eius ſymptoma ſi criſis per fluxum è naribus fiat, quod accidit ſanguine ſurſum elato uenaſque erũpente. in 1. Epid. & 3. morb. acut. aut ex flaua bili, aut ex pituita ſaſa fieri dicit.

40 Si æger aërem frigidum ob caloris interni uehementiam deſyderare uideatur, & tamen operimenta ob externum frigus petat, ſignũ eſt mortis, maximè ſi poſt principium acceſſionis illud non accidat. 3. in 2. Epid.

41 Aëre frigido & ſi æger ardorẽ

uehe-

uehementer sentiat spes certa nõ est salutis: si uerò etiam nulla concoctionis signa, & uires sint imbecillæ nulla prorsus esse potest. 11. Methodi.

42 In febribus ardentibus nos calorem clystere ex oleo & aqua restinguere solemus, lib. de Clysterib.

43 In quotidianis causa rigoris alia est atq; febris. Hæc cùm ex pituita putrida, rigor autẽ ex eo quod putrefactum non est accidit. In tertiana uerò bilis una utriusq; causa est. 2. de febrib.

44 Solent aũt per circuitus quemadmodum febres sic alij morbi particulares, ut lippitudines nonnulliq; aurium, capitis, oculorumq́ue dolores, euenire quorum una causa est excrementorum aceruatio ob earũ potentiarum, quæ in membris sunt, uel imbecillitatem uel robur, ob imbecillitatem quidem fortioribus à se plethoras & cacochymi pellẽtibus, suscipiẽtibus autem imbecillioribus. Veluti cerebrũ & uniuersum caput, ad aures, oculos, tempora, labra, dentes

malas,

malas, palatum, gingiuas, gurgulionem. Paristhmia atq; glandulas expellit. quod si hunc quoq; firmę sint, ad pulmonem, fauces, pectus, uentriculum, gulam fluxio delabitur. Qua ratione & inflammationes hepatis per circuitum à uicinis partibus, uel ex remotioribus una aliqua generantur, augentur, ac per circuitũ exasperantur, ob robur aut inutilis materia à particulis attrahitur: Veluti in calidis, etenim calor natura aptus est ad conciliandas fluxiones. Proinde in corporibus plenis magna portio ad eas defluit partes, quæ uehementius incaluerit. 2. de febrib.

45 Febres quæ per circuitum non fiunt. ut continua non ex unius mẽbri affectu possunt oriri, nulla enim pars in his est, quæ pręcipuè sit offensa, sed qui in uenis, & arterijs omnibus continentur humores pręcipuè, qui in maximis & plurimo calore abundãtibus delitescũt, aut ob aliam quãuis causam, quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactionẽ feruentes

uentes febrem accedunt ſynocham, quæ à principio uſq; ad finem nullã habet intermiſſionem, at tam diu deiecerit hominem, donec humores eam gignentes conſumantur, aut coquantur, aut utrunq; patiantur. Ibid.

46 Intermiſſionem uoco quando febris in quietem deſierit. Declinationem uerò omnem eius partẽ quæ uigorem ipſum ſubſequitur, uſq; ad ſecũdæ acceſſionis principium. 1. de Criſib.

47 Quartanas ego theriaca propinata curaui hoc modo. Primum uacuabam quantũ ſatis erat, deinde abſynthij ſuccum offerebam. Poſtremò electuarium theriacæ, quod bis uel ter ſumptum liberabat hominem. de Theriaca ad Piſonem.

48 Cor primum ſi plus æquo incaleſcat hecticam febrem generat, deinde iecur, ſed non ex ſe ut cor, uerum ob conſortium cum corde, mox uentriculus, & poſt hunc quæcunq; alia poſſunt conſortij lege ſecum cor calfacere. Præter pulmonem, qui quia humi-

humidus est & per respirationem assiduè refrigeratur non potest. Cũ igitur sola illa constiterit balneo ut cæteræ siccitates curabitur. Enimuerò cõmistus sit erysipelatosus affectus, priùs cibo & potu, & ijs quæ apponuntur exterius refrigeranda, tum in uigore frigida confertim exhibenda, aqua tamen initio abstinendum erit, nisi sit ei assuetus æger nec sitim perferre possit. Refrigerantia autem si exterius nihil profecerint, intra corpus assumentur, ut molles lactucę recentesq́ solummodo in frigidam aquam demersæ & ita assumptę, uel si placet priùs aceto diluto intinctæ, extrinsecus interim adhibito eiusdem succo, aut semperuiui, aut intybi, aut medicamine succo uuæ acerbæ, & portulacæ cui parum farinæ sit mistum confecto. Quod quidem dupli ci linteolo exceptum pręcordijs prętendatur, donec tepescere incipiat, deinde ipso ablato alterũ admoueatur: id enim omnium est pręstantissimum. Gal. de marasmo.

49 Omnibus hecticis febrib. hoc proprium inseparabileq; adest indicium, quod allato cibo accendatur calor pulsusq; in magnitudinem, & uelocitate augeatur: sic ut uideatur oborta esse incompressa quædam accessio, id est, ab omni inæqualitate libera qualis alias febres sequit. In ijs enim tales insultus etiam absq; cibo solent accidere, in hecticis autē nunquam accessio conspicitur, sed una febris perpetuò cõtinua est, ut illa quę synochos dicitur. 1. de febrib.

50 Febres hecticæ ferè his de causis fiunt, cùm pestiferus & malignus humor ad cor primùm delapsus, tum ad hepar, & inde ad uentriculum ipsum penetrauerit: aut cum intemperie calida & sicca uehementer laborârint pulmo, pectus, meseraicæ, aut cum ad intestina primùm uel matricē ut renes defluxerit materia, & inde ad cor ipsum perruperit. Quod uerò ad diaphragma attinet ubi semel ipsum subijt humor, necessariò moritur æger priusquam ad tabem perueniat,

niat, nec unquam curatum quenquã hoc modo affectum memini. 10. Methodi.

51 Optimum singulareq́ in febribus, quæ ex constipatione fiũt remedium est uenæ sectio pro uiribus facta, & obstructionis magnitudine: ijs uerò quæ est putredine, frigidę potus post concoctionem. qua ratione multos uidimus sanatos. 8. Meth.

52 Continentium febrium, id est, synochorum una species est, quæ eandem naturam cum diarijs sortita, absq; humorum putredine in plures dies extenditur: altera uerò contingit ubi in omnibus uasis ac potissimum maximis æquabiliter succi putrescunt, quarum sanè febrium præsidium maximum si modo uires ualentes sint, sanguinis diminutio uel usq; ad deliquium animi. Sin minus ualida uirtus subest, aut ætas nõ permittit tutius, quantum satis fuerit uisum principio detrahere quod defuit iteratione supplere. Hoc uerò præsidio omisso in summum ægri discri-

men ueniunt nisi eos, uel uirium robur, uel largum profluuium sanguinis, uel sudor copiosus ex manifesta pernicie eripiat. 9. Methodi.

53 Quibus febris accenditur propter mordentem acrimoniam excalfacti attenuatiq; à sole, inedia, laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum, ediuerso ubi ob copiam humorum, uel obstructionem, uel phlegmonem, uel putredinem alicuius ex ijs humorib. febris est orta, maximo malo est cibus. Quare hos quidē nec in febris inclinatione citra noxiā nutrias, nedum accessione inuadente: Illos uerò, omni certè tempore, sed potissimum per inclinationem. Porrò in omni ægro morbi summus uigor & ægrotantis uires erunt spectandi à quibus cibandi cōsilia petas. 10. Methodi.

54 In febribus quæ obstructione fiunt commodissima cibādi hora est postq; quieuit æger à dolore, & qua sanus edere solebat. 11. Meth.

55 Vbi uel iecur, uel uentriculum præhendit perniciosissimum est ante accessionem cibare, ubi hęc abest, quibus imbecilla uirtus est utilissimum. Ibid.

56 Materiam febris putridæ superfluam prouocatione urinę, uel solutione uentris, uel sudore purgabis. quod si in uentriculum defluxa, uomitum elicientibus eliciatur. alioqui non temerè in ijs processeris. 12. eiusdem.

DE TEMPORIBVS MORborum & eorum crisibus.

SECTIO X.



OMninò quatuor sũt morbi tẽpora, principium, augmentũ, summus uigor, uel status & inclinatio. Vix autem adhuc certo motum est, quod'nam ex ijs, morbi tempus debeat appellari. 1. de Crisib.

2 Sunt quidã morbi ijq; uehementes quidem ut epilepsia, apoplexia, & huiusmodi quorum accessio, & inclinatio non longior est, quàm capitis abscisio, ita ut tempora distinguere nequeas. Eiusmodi affirmant quidã symptomata esse ex alio morbo producta potius, quàm morbos, sed eos unde profecta sunt quatuor temporibus contineri. de Temporibus morb.

3 Sępè quidem in morbis nullum reperitur sensibile ipsius uigoris tempus,

pus, ſed quarta adhuc acceſsione indicia augmenti habẽte quinta ſuperuenit acceſsio inclinationis adferẽs principia, quod idem & augmentis accidit. Nã ſæpe prior acceſsio principium ſimul habet aſcenſumq; & uigorem, ſecunda enim manifeſtè uidetur ſtatim inclinare. 1. de Criſib.

4 Hydropiſis nonnunquã ex durititie cõcaui hepatis ob ciborum corruptionem nobis, nec uidẽtibus, nec ſcientibus nata, cùm primum apparet principium ſui facit ignotum, lib. de temporib.

5 Proprium cuiuſq; morbi principium ſignis concoctionis definitur. Etenim eo uſque principium morbi dum concoctionis ſigna appareant appellamus, cum autẽ apparuerint, augmentum uel accretionem. 1. de Criſib.

6 Perfectę cõcoctionis ſigna ſunt, quando in urinis ſubſederit aliquid album, læue, æquale & continuum. Debilis uerò quando ex aquoſa mediocriter ſubpallida facta fuerit, aut

etiam turbulenta existens talis permaneat, Rufa etiam & tenuis ad idē genus pertinent. Itemq; quando ex crassa in tenuem mutabitur. Ac ubi quidem hæc fuerint nondū esse principij tempus absolutum significatur: Vbi uerò illa, principij finis erit. Ibid.

7 Principium etiam exactum significant in urina uel sola nebula alba, uel suspensio æqualis atque continua & alba. Præterea rubens nubecula & subsidentia talis, & absq; subsidētia probe colorata urina atq; crassitudine mediocris. Ibid.

8 Eas uerò quæ cum magno ac repentino certamine fiunt solutiones morborum (quæ præcipuè crises uocantur) febrium earum quę ex calidis humorib. accenduntur proprias esse est putandum. Post has earum quæcunq; membrorum sunt principatū habentium facilè mobiles calidæq; dispositiones. 2. eiusdē.

9 Morbi leues & inualidi siue crisi ferè sanātur, at graues semper post crisim. Crisim autem nūquam quieta, aut

ta, aut intermittente febre, sed in paroxysmi motu percepimus, aut semel quidem (ut memini) ad summum in quiete. 3. de Crisib.

10 Concoctio perfecta nō nisi circiter uigoris morbi tempora contingit, atq; hunc ut proximè quæq; crisis attingit, ita laudabilis est: quanq; perfecta semel cōcoctione, crisis nullo tempore mala esse potest. Ibid.

11 Primum & maximum instantis bonæ crisis indicium sunt concoctiones: secundum quod ab aliqua decretoria priùs indicetur, cui sanè annexa est diei indicatoriæ potentia & facultas: tertium quod subitò fit: quartum quod excretionis modus, seu forma morbo respondeat ac conueniat. Ibid.

12 Ex sudore optimè febrium maximè calidarum crises fiunt, apostematum uerò, ex fluxu narium, eorū quidem certè, quæ cæteris partibus acciderint: at eorum quę concauo hepatis ex fluxu uentris cholerico, aut ex sudore, aut ex uomitu, aliorum e-

tiam quę in pulmone pectore, aut hepatis gibbo fuerint, meliores ex sputo crises, & morborum renum, uesicæ, ac proximarum ijs partium ex urinis. Ibid.

13 Si febris exurẽs sit, uel sanguis è naribus profluet, uel post uehemẽtem rigorẽ sudor multus & calidus per totum corpus manabit, aut per uomitum, aut per aluum biliosum aliquid excernetur, ita & tertiana uomitibus & excrementis biliosis, & sudoribus toto corpore fluentibus finiri debet. Quotidianis plurimum pituitæ excernitur, & multi per totum corpus sudores fiunt. Phrenitidem finit sudor multus p̃cipuè si calidus è capite fluxerit sudãte simul reliquo corpore, interdum etiã sanguis è naribus fluẽs: at lethargus & peripneumonia fluxum sanguinis non amãt. Pleuritis uerò medium obtinet locũ. Ibidem.

14 Sudores omnibus febrib. proprij sunt & præcipuè exurentibus. Finiũt autem quartanas febres, si atra si-

tra ſimul cum eis atq; uaria excernantur. Semitertianas uerò ſi bilioſa ſimul & pituitoſa, ſoluunt etiam parotides, lethargos reliquosq; omnes affectus capitis. Ibid.

15 Vbi quis ſubitò liberatū à morbo omninò huic aliqua euacuatio eſſatu digna, aut abſceſſus contingit, præcedente tamen inſigni quadam perturbatione, anxietate nimirum uigilijs, graui ſomno, difficili reſpiratione, uertigine, doloribus capitis, colli, ſtomachi. Aliorumqúe membrorum nonnúllis aurium ſonitu, uanis ante oculos imaginibus, lachrymis inuoluntarijs, labrorum agitatione tremula, obliuione, præſentium ignorantia, clamore aſſulta furenti & ſimilibus. Tumq; multo ſudore erumpente, aut uomitu non exiguo inſequente, aut uentre ſubito ſoluto, aut fluxu ſanguinis abundanti, aut ſimul his omnibus contingentibus, hunc ſolutionis modum uocamus Criſim: aliū autem ubi non omnino abſoluitur æger, criſim imperfectā, & incertam

ubi

ubi ſcilicet, paulatim & citra illas per turbationes morbi ſoluũtur. Criſim per abuſum. qui tres modi ſunt, cum ægrotus eſt euaſurus. 3. de Criſib.

16 Primum omnium dierum decretoriorũ dicimus ſeptimũ eſſe, non numero aut ordine, ſed dignitate ac potentia: omnes quippe decretoriorum notas ſortitur. Nam plurimorũ indicat & abſolutè, cũ manifeſta excretione uel abſceſſu, & ſine periculo uehementi. Eſtq́ ut plurimũ quartus index illius. Nam ſi urinæ uel ſputi, uel deiectionis, uel appetentię, uel cogitationis, uel ſenſus mutatio manifeſta in quarto die contigerit, ſimilis conſequetur illam in ſeptimo, bona uidelicet ſi ad ſalutem, mala ſi ad mortem. 1. de dieb. decretorijs.

17 Sextus dies eſt decretorius quidem, ſed malus, queadmodum ſeptimus, bonus. Mihiq́ uenit frequenter in mentem ſeptimi naturam regi cuipiam benigno & clementi aſſimilare, ſexti uerò tyrãno crudeli & immiti. Cæterùm ſexti diei ut ſeptimi quartus

tus est iudex. At uerò naturam septimi maximũ imitatur decimusquartus. Proximi his sunt nonus, undecimus & uigesimus, propter hos uerò decimusseptimus & quintus, post hos quartus, hunc sequuntur tertius & decimusoctauus. Si quando autẽ in octauum, uel decimũ subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est, quæ sexto accidit. Ibid.

18 Dies omnes post quadragesimum prorsus languent, concoctione potius morbos & abscessibus, quàm crisibus terminantes. At usque ad quartumdecimum quidem magnæ sunt perturbationes in morbis, proximo loco sequuntur, quæ usque ad uigesimũ habentur: quę post hunc ad quadragesimum, paulatim uehementiã remittunt. Cæteros post illum contemnere uidetur Hippocrates, cũ tamen sexagesimi, octogesimi, & centesimi rationem habeat. Ibid.

19 Tot indiciorum quot dierum decretoriorum differentiæ existunt. Cæterùm in duodecimo & decimo-

ſexto,nullum unquam indicatum ui di. In ſeptimo uerò ne numerare quidem adhuc poſſim. Ibid.

20 Dies inter uigeſimum & quadrageſimum decretorij ſunt, hoc ordine boni 21.28.27.& 34. Reliqua multiudo prorſus facultatis decernẽdi eſt expers: ij ſunt duodecim numero, nempe 22. 23. 25.26.29.30.32. 33.35.36.38.ac 39. Ibid.

21 Ad diſtinguendum utriuſnam ſit indicium, ſi duos dies attingat̃, criſis dierum natura obſeruatur, hoc pacto. Si ambigas utrum noni diei uel decimi ſit indicium, ſiquidem ſalubre, perfectum, atq; ſine periculo ſit, noni eſſe dicas ſi imperfectum, malũ & periculoſum, decimi Proportio actionem ſic diei imparis magis eſt proprium indicium, ſi imparibus labore magis æger, quemadmodũ paris ſi paribus quandoquidem in acceſſionibus indicia magis cõtingũt. Numerus ſic. qui dies ſibi tempora duo uẽdicauerit (Sunt enim tria, decretoriæ, acceſſionis initium, decre-

toriæ

toriæ motionis principiũ & ipſe in-dicij finis) magis ſibi indicium aſſu-met. Ibid.

22 Imperfecta indicatio eſt ubi ex morbo quippiam relinquitur, infida ſeu incerta, quàm morbi ſequitur re-cidiua: Periculoſa, quæ cum grauib. ſymptomatibus accidit: Obſcura, q̃ citra excretionem, uel euidentem abſceſſum euenit: Siue ſignis uerò e-uenire dicitur, quę à nullo priore die indicata eſt: Mala, quæ in ægri perni-ciem deſinit. Ibid.

23 Morbi tempora uel longa, uel breuia his fere deprehenduntur, na-tura morbi, anni tempore, & excre-mentis. Ac natura quidem ueluti ſi ex cholera nigra fiat ut quartana, aut ex phlegmate, ut apoplexia, aut alio-qui ſi ſit longa, ut methridis, arthriti-des, Iſchiades, quæ & longum princi-pium habent. At febris calida, pleu-reſis & peripneumonia, breue, ſta-tumq́; morbi proximũ: adeò ut quã-to cum acutioribus ſymptomatis do-lor fit, eò breuius ſit principium. An-

ni tem-

ni tempore uerò ſic diſcernãtur, ſi ſit ægritudo orta æſtate breuior ſtatus atq; principium, Hyeme uerò cõtra. Excrementis deniq; hoc modo, ſi ſtatim cum ægritudine concoctionis ſigna ſputo, urina, aut ſudore appareant breue principiũ erit, ſin tardius, longiora, reliqua cum expectanda. Ibid.

24 Vocetur iam peracutus morbus, qui ad ſeptimum uſq; diem extenditur, qui longius procedit ſimpliciter acutus. Et peracutorum quidem qui quartum diem attingit peracutus, qui uerò ſeptimum, non exactè. Sic acutorum, qui ad 19. uſq; porrigitur exactè acutus, qui uerò ad uigeſimum, non exactè acutus. Ibid.

25 Criſis profectam fieri non poteſt, ubi multus humor ad minorem quandam partem corporis defluxerit. Cùm enim in eo capi non omnis poſſit, cogitur eò unde uenerat reuerti, uel in partes ſolidas elabi, quod ubi accidit hominem mori contingit. 1. in 6. Epid.

26 Dies

26 Dies indicatorij per quaternarium ferè numerantur, ad uigeſimũ uſq;: ſuntq; his, 4. 7. 11. 14. [illegible]. & 20. à quo deinceps per ſeptenarium, uſque ad 40. aſcendis, atq; inde rurſus ad 120. per uigenarium ſupputans. Poſt 120. autem per circuitus menſium geminos, deinde per annos ſi tamdiu duret morbus. 6. in 2. Epid.

27 Poſt quadrageſimum diẽ morbi criſis fieri non poteſt, neq; per ſudorem, neq; per aliam euacuationis ſpeciem, ſed paulatim & cum tempore ex egeſtionibus, ac eiectionibus quæretur ſolutio. in 4. Aphoriſ.

28 In continuis febris ut fiat criſis numerandi ſunt dies, numerãdi ſunt dies continuo pariter numero. In intermittentibus uerò per periodicos tantum paroxyſmos. Veluti in continuis quidẽ quod indicat ſeptimus, id in tertianis decimustertius, & in quartanis decimuſnonus indicabit. in 3. Prognoſt.

29 Perfecta criſis etiam his ſex ſignis agnoſcetur. 1. Si purgatio ſe-

T quatur

quatur coctionis signa. 2. Si sit cũ abscessu. 3. Si humores morbi causam purget. 4. Si ex latere ipso morbis dolẽte fluxus fiat è directo. 5. Si die critico. 6. Si cũ lenitate & quiete corporis non perturbatione. in 1. Aphoris.

DE PVRGANDI RATIOne per sang. meßionem.

Sectio XI.



Rincipes scopi mittẽdi sanguinis sunt duo, nempe magnitudo morbi præsentis, uel imminẽtis & uirium robur: quibus si adijcias & florentem ætatem, nil sermoni defuerit, modò sub ea p̃cedens sequensq; illam intelligant, excipianturq; distinctione tãtum senilis atq; puerorum ætas. Gal. de uenæ sect.

2 Quibus uoles ineunte uere sanguinem

guinem detrahere si sit plenitudo, à potentioribus partibus ad infirmiores deriuare humores conabaris, ut inde sanguinem emittas, sin minus ex commodissimo quocp membro. Ibid.

3 Quibus uenæ sunt amplæ ac refertæ si accidat & corporis macilenta affectio, & alius color ab albo, & caro rubricosa, ijs cum fiducia potes detrahere sanguinem. Quibus autẽ diuersa affectio est, non item. Ibid.

4 Vacuare puerum ante decimum quartum annum non est tutum quẽadmodum nec senem post septuagesimum annum: nisi tamen in sene tã sanguinis copia est, ut uacuari sit necesse, & uires huiusmodi, qui non minus quàm in iuuene ferre possint. Tũ enim non tam annorum, quàm uiriũ & affectuum habenda ratio est. Minus uerò semper in sene, quàm iuuene trahendum est. Ibid.

5 In febribus, quæ cum accidente urgent uacuandi humores, non etiamsi exigat morbus, ubi hæc aderũt,

quæ sequũtur, ubi scilicet simul cum
febre sentitur circa os uentriculi an=
xietas morsus & imbecillitas, ubi di-
stentione neruorum laborauerit, &
uigiliæ molestant, & uires ęgroti de-
bilitantur. Item ubi uentris erit pro-
fluuiũ, aëris ambientis exquisitè ca=
lida, aut sicca temperies, qualis est tẽ-
pore medio inter canis & arcturi or-
tũ, aut etiam ualdè frigida (ob hæc.n.
in calidis locis aut frigidis admodũ
sanguinem mittere non audemus) u-
bi etiam regioni temporis huius sta-
tus consentiet. Nam ubi non consen
tit uacuamus quidem, sed minus quã
si neutrum prohiberet) ubi natura æ-
gri calidi sunt & sicci, ubi nunquam
fiunt uacuati. Præterea & si diffluen
ti carne molli & tenella constat cor-
poris habitus (in ijs enim alijs uacua-
tionibus, quàm sanguinis missione
utẽdum moderatè) eodem modo si
supra modũ crassi uel macilenti sunt,
aut deniq; si seniores uel pueri. Hos-
ce enim omnes integrè uacuare ue-
rendum, neq; enim id sine noxa tole-
rant,

stant, sed paulatim, quoties dispositiones ita hortabuntur, inedijs, moderatis frictionibus, clysteribus mollibus perfusionibus, atque balneis. 1. ad Glaucon.

Hoc enim ex eo libro, de his maximè, quæ ad deliquium animi & uirium exolutionē pertinēt collegimus.

6 Vbi corpus crudis humoribus est refertum periculosa semper est uenæ sectio. Corpus enim sic infirmius redditur, maximè cum febris adest, tum uix unquam ad se redire potest. Gal. de uenæ sect.

7 In corpore lassitudine affecto, ubi paululum uel circa sanguinem restitum, uel ultra processum est succis audacter mittendus est sanguis: ubi plus, considerantius agendum: ubi plurimū in hoc omnino nullus mittendus. Inspicere & quantitatem cōueniet, ut uerbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, crudus uerò plurimus, in his abstinendum à detractione sanguinis erit: Sin is quidem exiguus, sanguis uerò copiosus audacter

ćter incidenda uena eſt: deinde aluũ deijcere pro abundantis ſucci copia & ſpecie. Quod ſi quis detrahi ſibi ſanguinem nolit deijcienda largius eſt aluus, aut ſi hoc illi ſit quoq; ſuſpectum, alia ratione ſuperuacuum eſt uacuandum. 4. de ſanit. tuen.

8 Si quis etiamnum ſanus, nec adhuc quicquam læſus ſanguinis redũdantia grauetur, non ſtatim huic mitti ſanguinem eſt neceſſe. Imò alij ſatisfacit inedia, alij cibi parcitas, alij ſoluta aluus, uel purgatio, uel frequens balneum, alij ſola exercitatio, (ut pila obequitatio &c.) uel multa frictio abundè fuit. 4. Methodi.

9 Sanguinem miſſurum diligenter antè omnia metiri oportet laborantis ſtatum. Cui enim exiguus eſt in corpore ſanguis, in hoc priùs medicamentis ad id comparatis corruptos humores ad mediocritatem reducere oportebit, tum uenam ſecare deinde uictum idoneum præſcribere. Poſt hęc rurſus uenam, ſi robuſtus eſt æger, ſecare. Id uerò maximè fieri

debe-

debebit, ubi crassus lentusque sanguis erit. 5. Methodi. De hemoptoicis, hoc est, sanguinem expuentibus. Vbi (inquit) ex casu uel prævalida acutaqúe uoce uas aliquod in pulmone rumpitur, multisque sanguis statim cũ tussi expiatur, iniũgendum laboranti ut silentium agat, nec respiret uehementer præterea uena cubiti interna protinus incidẽda à qua bis terque postea sanguis est detrahendus auertendi gratia, tum posca diluta bis ter'ue ternis horis potui danda, & emplasticum aliquod aut astringens medicamentum, ex posca diluta primũ, aut malorum myrtorum'ue decocto. Postero autem die (modo æger si robustus) ab ancipi iam uena parum detrahere, uictuque & medicamentis eodẽ modo uti oportebit.

10 Si forte sectionis tẽpore aut uenarum ora aperiantur, aut menstrui profluuium fiat, aut aliquid molle egeratur, intermissa sectione, excrementorum eiectorum uim omnem, & quantitatem spectare conueniet,

quæ si satis morbo fecerit, naturæ cõcedes totum opus: sin minus, quod supererit sectione perficies. 9. Meth.

11 Si quis sanguinis missione egere uidebitur cui interim uētriculi deiectio contigerit phlebotomiam differes quoad cibus fuerit concoctus, & superflua uacuata sint. Sin alio q̃ sanguinis missione sint opus non differes etiam accidēte deiectione. Ibid.

12 Corpore humoridus æqualiter ualentibus repleto, purgari oportet phlebotomia si potest uel alia qualibet ratione idonea, ut mẽstruis purgationibus, hæmorrhoidibus, exercitijs, frictionibus balneis uictuq; conuenienti. in 4. Aphoris.

13 Sanguinis missionem differre nunquam oportet, siue dies sit, siue nox, ubi in corpore sanguis feruere cœperit, sed eo magis acceleranda ne partes solidas priùs inuadat. Gal. de uenę sectione.

14 Cùm subitò sanguinis fluxu quicqùam parti acciderit noxiũ, ueluti cerebro apoplexia. Ea enim ex pleno

pleno subitoq; sanguinis in cerebrũ incubitu oritur. Tum exploratis uiribus, ætate consuetudine, & plenitudinis quantitate celeriter quoq; uacuabis, priusquam aliquam perniciẽ illa concilient. Ibid.

15 Memini in febre ex sanguinis feruentis copia, contracta, secũdo etiã tertio & quarto die, ad libras quinque detraxisse. Ibid.

16 Vbi uires infirmæ sunt tutius semper est, non quantum conuenit primum trahere, sed sæpius iterare, manu perpetuò pulsui admota, ut uirium robur cum satis minutum erit, sentiatur.

17 Hoc summum bonũ est in sanguinis missione, quod potes sistere uacuationem dum oportunum uidetur, ac rursus, si quando animis sit sinere ut fluat, quousq; uidebitur tibi rectè se habere negotium, id quod non licet in purgantis pharmaci exhibitione. Nam quod semel in uentrem deuoratũ est medicamen, quo minus omne sit deuoratum fieri non

potest, neq; oblati partem auferri ubi plus quam conueniat purgetur homo. de uenæ sectione.

18 Sanguinē detracturo in phlegmone hæc erunt expendenda, plenitudinis tum quantitas, tum qualitas, uirium robur & infirmitas, naturalis totius corporis habitus, tēpus, regio, anteacta uita, cibi potusq; copia quibus sit usus, consuetudo, res præter consuetudinem actæ, excretiones, preterea num crassior, aut gracilior sit factus. Plenitudo quidem quoad uires tanto creuisse cognoscetur, quantò grauior homo sibi uidebitur: altera, quæ quoad uasa uocatur, tanto, quantum auctus tensionis fuerit sensus. Virium robur ex partiū functionibus cognoscitur & ex pulsu. Si igitur tensiua sit affectio magisq; si phlegmonodis incidas uenam nil distinguens: at si degrauans sit, quoad uires non semper moliendá est detractio, fieri enim potest ut sit talis affectio ab humoribus crudis per corpus collectis. Quę succum fri

ctionibus unctionibusq; modicè cal facientibus & potionibus cibisquê crassitudinem humoris incidẽtibus, magis quam sanguinis missione uacuare expedit. Ibid.

19 Vbi uehemens morbus & uiribus æger, ualet profectò prudẽs medicus, nunquam prohibebit uenę sectionem etiamsi an ex redundantia sit morbus ignoret. Quòd si ex alio quã sanguine esse certis signis cognouerit, & fluat uenter, uomitusq; sequantur, non iam secare, sed corruptos humores corrigere prius oportebit. 4. Methodi.

20 In febribus continẽtibus, quæ ex stypone meatum accenduntur, quoniam ualida plerunq; uirtus est, citra periculum uacuatione utendũ, in aliis morbis, potissimum ex corruptis humoribus productis. 9. Methodi.

21 Ego uenã in his affectibus nũquã dubitaui, secare podagra, arthritide, epilepsia, melancholia. Reiectione sanguinis iam habitu quodã inueterata,

terata in angina, peripneumonia, pleuresi, phlegmone, hepatis, ophtalmia, fluxu sanguinis, tam ex uenis quàm à naribus, & uteri suffocatione. In his enim uenæ sectio certissimum est remedium, si uires & ætas suppeditẽt. de uenæ sectione.

22 Aestimare diligẽter debet, qui in ulcerosis ex lassitudine affectibus sanguinem mittere instituerit sit'ne in thorace, an in lumbis, uel in capite potius & collo tensio pulsansq; dolor. Sanguinem enim nõ parum, sed nisi quid obstet ad animi usque deliquium trahere potest, ijs quidem quibus in capite dolor est ab humerali, alijs uerò ab interna. Si uerò omninò æqualiter ægritudo occupat corpus ab ambarum media. 4. de sanit.

23 In transuerso nerui uulnere, detrahere largiùs sanguinem ac tenui uti uictu, tum in quiete omninò ac lectulo molli hominem continere oportet, tum oleo calenti ubertim in axillis, collo, tendonibus, ligamentis & capite uti. 6. Methodi.

24 Poterit sanè quis cõmodè sanguinẽ mittere, uel quacunq; diei noctisq; hora, si in febriẽtibus quidem inclinationem circuitus expectabit, & cibi uenticuli concoctionem. In alijs uerò sine febre affectibus ueluti lippitudine & similibus idem poteris. Si magnitudinẽ aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus expectaris. Quod si doloris nil sit eiusmodi quod urgeat, aut prohibeat, & tamen uenam secare uelis, præstabit manè post circiter horam. de uenę sectione.

25 In mittendo sanguine obseruãdum erit, ut quibus partes collo inferiores patiuntur, interior uena (quæ iecoraria & axillaris, & lienaris, & basilica dicitur.) In ijs uerò quibus partes supra collũ ut facies, caput, &c. laborant, exterior, id est humeralis, seu cephalica: at ubi uena parti patienti propria obscurior fuerit media, quã & medianam, funem brachij nigram & matrem uocant, incidatur. 3. ã natom. adm.

26 Partibus proximè hepate supe rioribus affectis cubiti uena secatur, inferioribus uerò, poplitum malleolum. in 6. Epid.

27 Dolor oculorum, laterum, pulmonis septi transuersi, lienis, iecoris, & uentriculi secta uena, axillari leniatur, aut certè etiam medicamina. Coxendix uerò uterus & uesica per poplitum, & malleolorum uenas curantur. Renum aliquando ex cubito si recens sit phlegmone, & communitetur sanguinis copia, sin sit inueterata ex poplite. Sic uteri inflammationes multoq; magis quàm renum. de uenæ sectione.

28 Ischiades si causa est sanguinis plenitudo, primùm omnium sanguinis missione sunt curãdæ, neq; id tantum ex uenis pedum, sed ex cubito fieri oportet. 10. de comp. secũdùm loca, & de uenæ sectione.

29 Ischiades, ubi non à frigore, sed ob impletas sanguine, quæ in coxa sunt uenas proueniunt, secta in poplite uena curabis. Scarificatio au-

tem

tem nil proſpicuè eis prodeſt.

30 Fluxum ſanguinis ex ore uenarum reſerato reprimere oportet, uenis cubiti ſectis, trahere uerò, poplitum aut malleorum. Quod idem etiam obſeruari debet in cohibēdis ciendisq́ menſtruis. de uenæ ſect.

31 Vbi iecur aut pulmo phlegmonem contraxiſſe cœperint erit pariter, tum euellendus, tum educendus, qui eò confluit ſanguis, interna in dextro cubito ſecta uena, propterea quod è regione & ampla uia cū uena, quę caua dicitur ſacietatem habet. Hac uerò non comparente media ſecanda eſt. Quòd ſi nec ea ſe oſtenderit, reliqua ac tertia eſt incidenda. Pariq́ modo ubi caput fauces, palatū, os, aut linguam phlegmone tentare cœperit, incidere humeralem cubiti ſi ea non cernitur, mediam, ſi ne media quidem, internam. 13. Meth.

32 Liene affecto, perinde iuuerit uena ſiniſtro brachio ſecta iuxta digitum annularem, atque ſi internam ſecueris. de uenæ ſectione.

33 At partib. quæ in occipite sunt phlegmone afflictis, etiam eam quæ in cubito est uenam, nec non eam, q̃ habetur in frõte incidere oportebit. Renibus uerò & uesica, & pudẽdo, & utero sic habentibus eas, quæ in curribus sunt sitæ, ac potissimũ, quæ citra poplitem: Sin minus eas, quæ iuxta malleolum. 13. Meth.

34 Perpetuo in omnibus secanda quæ & directo est, ut si iecur phlegmone inuadit, sin lienem, quæ in sinistra. Ibid.

35 Sanguinis fluxum è naribus si uena secta, & cucurbita iecori apposita non sedaris, frigefaciendum non est cerebrum, sed occipiti cucurbita affixa in aduersam partem reuellendus sanguis. 5. Methodi.

36 Secare arterias quæ in temporibus, & quæ secus aures consistunt: illas quidem, infestãtibus oculos fluxionibus tum calidis, tũ spirituosis. Has uerò quæ secundùm aures sunt, in uertiginosis maximè & ijs, qui calidis, & diuturnis spirituosisq́ capi-

tis

tis doloribus, in medici consuerunt. Verùm quia uulneratæ arteriæ ægrè supprimi possunt, ob id eas incidere metuunt. Quanquàm etiam magnã absq; aneurismate ad cicatricem perducere est facilè totam transuersum dissectam. de uenæ sect.

37 In melancholia & eius similib. morbis, si signa sanguinem uenarũ esse melancholicum ostendant mediana uacuare, quantum conueniet oportebit. At si iam apta uena non esse melancholicum iuxta signa uideris cohibito sanguine uenam occludes. qui certissimus secãdi est canon. 3. de locis affect.

38 In quartana, neque principio sunt adhibenda ualida medicamenta, neq; alio modo uacuenda corpora nisi redundare sanguis uideatur, quod ubi acciderit & secta uena rubrum ac tenuem sanguinẽ compereris statim uenam esse crabis. 1. ad Glauc.

39 Hydropisim quoq; in mulieribus ex menstruorũ suppressione, aut sanguinis fluxu in naribus, aut uenis

retento, principio statũ uenæ sectiõe curare oportet, antequã facultas defecerit. 7. in 6. Epid.

40 Quemadmodum fluxionẽ ad oculos cucurbita occipiti affixa curamꝰ reuulsione, ita cerebi fluxionẽ uenę frontis sectionem me, eademq́; ratione. 1. de humorib.

41 Vbi iam melancholicus factus est humor crassus atq; plenus, sanguinem detrahere primùm, deinde purgare. Si uerò adhuc crudius erit, priùs purgabitur idq́; summa cautione, ne in morbum incidat æger, nam si iam inciderit, purgandus non erit. de uenæ sectione.

42 In scirrhosa splenis affectio, perseuerante post adhibita medicamenta malo cucurbitas cum scarificatione affigito, aut uenam retro sinistrã aurem secato, & detracto sanguine liene partes cõfricato. 9. comp. secundùm loca.

43 Cucurbita in ipsa parte, quæ phlegmone urgetur affigenda inter initia non est, sed ubi totum corpus

uacua-

ua euaueris. 11. Methodi.

DE CVRANDI RATIONE per medicamenta soluentia.

SECTIO XII.

1.



Edicamenta purgātia ventrem omnia præsertim uerò stomachū, quòd sensilis & neruosus maximè existat, lædunt & affligunt. Ob eamq́ causam eorum, quę boni sunt odoris id est, aromatum mixtio inuēta est, ne sola synceraq́ purgantium uirtus os ipsum uentriculi offenderet. 2. in lib. de uictus ratione.

2 Medicamenta mixta uel cōposita ex pharmacis diuersis, quorum unum protinus, alterum longo post sumptionem tēpore mouere natum sit, omninò sunt purgando inepta. Ibidem.

Addit Moyses.

Subitò mouentia & lacticinia & scammonia, per moram uerò ut opo

panacum, galbãtum, ſerapium, ſuccus cyrenaicus, & ammoniacum.

3 Aromatica ſemina medicamentis admixta, eorum maliciam corrigunt, & obtundunt, operationemq́ iuuant. Incidunt, attenuant quaſiq́ uehiculũ uias aperiẽdo, cętera p meatus trãſuehũt. Qua ratione & ptiſanã ſumpto medicamento ſorbere prodeſt, quòd deorſum trahere id quod uiæ ex medicamento adhæſit, & qualitatem ipſius, ſeu ſaporem in gutture & ſtomacho manentem, tum mutare, tum temperare poſſit. Ibid.

Addit Moyſes.

Si quis hodie ptiſſanum (ut ait) à ſumpto medicamento lauando gutturi & ori præbeat, profectò totum ſtatim medicamentum uomitu eliciat. Nec adhuc ualdè uſurpatum uidi, abhorrent enim ægri, ſi quis propinet. Quamobrem meliùs hodie receptum eſt, ut parum aquæ cum radice altheæ, & eius ſemine, aniſoq́ ebullitæ, deinde per ſaccharum colatæ detur, eluendis illis uiſcoſis aromati-

maticis, saporosisque qualitatibus. cui si addatur semen myrthi, nil magis aromaticum cum uiscoso cogere potest. Vbi autem hæc purgata sunt, iusculum gallinaceum dari commodè potest, & si sitim patiatur, æger pro myrthi semine in aqua miscetur psillium.

4 Medicamenta soluentia omnia attenuandi ui prædita esse oportet. Eaque non nisi necessariò adhibenda, atque id non repente, sed si per uomitum purgãdum est, prius eo sæpe excitato: sin per uẽtrem, eo emollito. 2. & 4. Aphoris.

5 Crudi omninò lentè mouentur ob crassitudinem & frigidam qualitatem. Si igitur medicamento pallantur, continuò meatus obstipabunt, quò melius ac consultius semper est concocta medicari. 4. de sanit.

6 Flauam bilem purgare non est difficile, sed atram & pituitam crassam lentemque difficillimum, ultimo Aphorism. Quare uehementioribus in hac, quàm illa utendum medica-

mentis .4 . eiusdem.

7 Plenitudo humorum malignorum, quæ quò ad uires dicitur, soluẽtibus curanda medicamentis, multorum uerò quæ repletio quoad uasa. uenæ sectione. 6. de sanit.

8 Qui ex erosione uitiosi succi phlegmonem, in pulmone patiunt̃, si tussiant nec sanguinem rejciant, & ex fluxione capitis afficiatur, purgamenti præsidio quod diuersas facultates habeat, curantur. Cuius generis sunt nostræ pilulæ, ex aloë, scammonia, colocynthide, agarico, Bdellio, & gummi arabico, ad plures uidelicet, excrementorum purgandas species. Postea uerò etiã si res postulabit, ijs quæ nigram bilẽ expurgent, utare capiti prouidebitur, ex cerati usu quod fit ex thapsia. 5. Meth.

9 In immodicis purgationib. semper humor naturæ molestissimus, in quem pharmacum exhibitum agit, primus uacuatur: deinde reliquorũ quodq́ pro tenuitate substantiæ sequitur. Qui uerò naturæ familiarissimus

mus est, ut sanguis postremus, ut si quod pituitam educit exhibitum medicamētum fuerit, prima quidem omnem ipsa uacuabitur, deinde flaua bilis, post quam atra bilis. Postremo uerò loco sanguis. Sic si quod flauā bilem educat detur, pituita sequetur, tum atra bilis, postremus sanguis erit. 3. de simpl.

10 Corpus medicamenti potionem sumpturum tribus antè continuis diebus lauari, & ita parari oportet, ut humores crassiores emolliant, & si quæ pars intensior sit relaxetur. 5. in 6. Epid.

11 Tumores biliosi & phlegmatici una plerunque, aut altera potione soluuntur ac curantur. Melancholici uerò ut cācer, lepra, gangrina, &c. etiam quarta & quinta, uix curantur. in 1. Aphoris.

12 Melancholiam purgare sępius & mediocriter, & accommodatè nō solum ægris, sed sanis etiam prodest plurimum. 3. in 2. Epid.

13 Intemperantes & uinolentes

uentrićq & gulæ deditos, nec purga-
tione, nec missione sanguinis mag-
nopere iuueris: nam per uitæ intem-
perantiam rursus crudorum humo-
rum, quàm ocyssimè colligunt. qua-
re ne ijs quidem manum admoueas.
Eis uerò qui præceptis salutaribus
obsequetur plurimũ proderis, si prin
cipio ueris primũ quidem uacuaue-
ris. Dein ad exercitia salubremq́ ui-
ctus rationem perduxeris, de uenæ
sectione.

14 Fluxum uentris oportet quie-
te priùs ad certam horam factã conti
nere, tum pro qualitate & quantita-
te contentorum soluere. 1. in 6. Epid.

15 Medicamentũ ꝓfuisse ex qua-
litate excremẽtorum sic agnoscetur,
si mutata materia fuerit, nec ex intesti
norum substãtia corrasa ramenta ha-
beat, si non sit sanguis purus si nil fœ
tidum. Quod enim purũ eijcitur ex
caloris uehemẽtia procedit, quòd fœ
tidum ex putrefactione, quod melã-
cholicum ex adustione. Ibid.

16 Sunt qui statim accepto medi-
camen-

camento purgentur, alij nõ nisi ægrè possunt, his quidẽ ualidiora, illis uerò ubi præsertim febris adest, remissiora omnia danda sunt. in 2. de morb. acut.

17 Medicamenta uirtutem minorem ac imbecilliorem reddũt, ut nec cibi totum coquere, nec alterare possint quantum ante potionem. Propterea, post purgationem & minuendus cibus erit, & exhibendus, qui q̃ facillimè concoquatur. Ibid.

18 Fluxum materię uel sanguinis non incommodè accidentem, neque cibis astringentibus, neq; similibus alijs cõuenit retinere. Retenta enim huiusmodi sursumq; relata febrẽ & hepatis inflammationes plerunq; attulerunt. 2. in 6. Epid.

19 Medicamentum propinaturo prouidendum est, ne quid accessionum uigore, aut criticis diebus præbeat. Omninò enim illis uis prodit atque corrumpitur, si humoribus ad contrarium uacuationi partem nempe ad superiora uergentibus detur.

2.in 6.Epidom.

20 Infantes purgaturi medicamẽ nutricibus propinare solemus, ut ex lacte medicamen uirtutem sorbeant, id uerò in cæteris quoq; animantib. compertum est. Siquidẽ multi sunt quibus solutus uenter est ex lactis caprini potu, credo ob scammoniæ & lacticiniæ, uim quib. quorum ramis uti solent capræ, alij uerò membrorũ tensione capti sunt ex coturnicum esu, quæ helleborum depastæ erant.5. in 6.Epid.

21 Clystere uacuare ubi uires adhuc ualidæ, Glandibus uerò (uulgò suppositoris) ubi sunt infirmæ. 3. morb.acut.& 6.in 6.Epid. Clysteris ratio pro humorum qualitate habenda est, si enim in intestinis sint acres, rodentesq; humores ex abstergentibus fieri clysmos oportet, qualia sunt mulsa & ptissana. Sin iam concocta uacuentur ex mitigantibus & firmantibus. 6.in 6.Epid.

22 Dolorem colico sic curari quidam præceperunt, supposito lapillo salis,

salis aut nitri, habere enim salem extrahẽdi facultatẽ, Tob. de colico dolore & 1. de humorib. Clysterem ex aqua salis ei conficimus, cui intestina uulnere putrefacto affecta sint, ut sic abluantur & putredo extrahatur.

23 Quibus corpus læue rarumq́ est, & quibus obesum, aut macilentũ nullum medicamentum est tutum. quare eos purgari conuenit potissimum temperata uictus ratione, dein de frictione, leuibus, clysteribus, distillationibus, emplastris, glandibus, balneis & huiusmodi leuioribus curationibus. 1. ad Glauc.

24 Matricibus exulceratis & hemorrhoidibus, & ano clyster aptissimus est, ex lacte cui lapis uel ferrum sit extinctum. 10. de simpl. med.

25 Ego ijs, quib. in diuturnis morbis uenter sistitur. (contingit enim id post longum morbũ in conualescentia) aluum ducere soleo, non acribus per inferna infusis, sed tantum oleo, id quod sauis similiter utile, 5. de sanitate.

26 Febrem hecticam ex putredine, & obstypatione conflatam solutione uentris primum aggredi oportebit. Re uerò non succedente, infuso clystere ex oleo, aqua & melle. 10. Methodi.

27 Vlceribus intestinorum clysmi aptissimi sunt, qui ex simplicibus abstergentibus incidentibus, uel soporiferis & emollientibus, ac leuientibus ex parte compositi sunt uel omninò, idq; pro magnitudine, uel leuitate morbi. Miscenda autem his ptissana & uinum aliquod astringens. 9. de comp. secundùm loca.

Addit Moyses ex Ebilule filio Zor, ad Marney filium suum præscribēte med. soluentium rationem.

Obserua (inquit) medicamentis ppinandis, ne quid temere agas. Vbi autem res postulârit, concoctionem humorum præparato, & meatuũ reclusionem, uiamq; excrementis facilem. Tum prudenter quoq; ad uacuationem accedito: Si enim frigus erit miscendum aliquid ex liquefacientibus

bus, quale ſal omnis generis & piper. Sin ſit æſtus, nil aliud præter ea, quæ uentriculum & ſtomachum cõfirmare poſſunt. Vt maſtichen, aniſum, abſynthium, quæ utrique etiam tempori cõueniunt. addes præterea aliquid quod iecur & inteſtina à medicamenti uiolentia uindicet, ut ſunt ficus, amygdalę, oleum ex ficub. &c.

Ex eodem.

Medicamenta diuretica & cathartica, id eſt, urinam & uentrem ſubducentia, neq; cum uino fieri, neq; ſumi debent: tantum enim abeſt, ut membra corrigant, aut emendant, ut eorũ uitium augeant. Præterea ſolidarum partium ea natura eſt, ut uehementia medicamenta nulla ferre citra noxã poſſint.

Addit Moyſes ex ſe.

Verùm illud eſt, ſi uacuantia medicamenta ex uenenoſis, & toxiferis qualitatibus conſtẽt, cuiuſmodi ſunt colocynthis, & turpetum, & catapòtia. Sin nullo ueneno cõſtent, ſed ſint pura & leuia, ut agaricum cum uino

ſumpta multo plus conferunt, idq; quē ſum expertus in capitis dolorib. fœliciſſimè. Colocynthis autem paratur ex nucleis ficuum, & amygdalarum. Electuarium uerò ex floribus nympheæ, uulgò nenuphar, & ex oleo amygdalino ſi melius habere uelis.

Ex Theminio.

Ad dolores ex medicamentis ſubortos. ℞. ſemen. naſturtij, quantum conueniet, & lacti ebullienti impone atq; incoquito, tum tepidum ſorbitioni dato. Influit enim per uentriculum lac & inteſtina, repurgatq; ipſa à medicamenti malicia.

Addit Moyſes.

Verùm eſt ſi modo lac ſit caprinū. At ſi (ut hoc ex corollario addatur) ſitiat fortè uehementius æger, qui medicamentum ſumpſerit, & calidiorē uentriculum quęratur, tum pſyllium cum aqua & ſerapio roſaceo exhibēdum erit.

Rurſus ex Theminio in Iſagoge.

Cepe contuſum naribusq; appoſitum

tum

tum nauseam ex assumpto medicamento cohibet, & uomitum.

DE PVRGATIONE per uomitum, Sectio XIII.

1.



Vllam bilis portionẽ in uentriculum immisit natura, ne ipsum ex actiori sensu, quàm ieiunum præditũ, si quãdo ipsa influat, cogeret alimentum, priusquam cõcoctus esset detrudere. Et paulò pòst.

Quamobrem rectè præcipiebant ueteres medici, uomitus à cibis in singulos menses repeti, alij quidem semel, alij bis. Omnes ij qualitates in eum usum comedendorum acres & abstersorias deligere consuluerunt, ut pituita omnis à corpore purgaretur. Nam quæ mordent & abstergũt cribaria biliosa sunt, & cancochyma omnia. 5. de us. partium.

2 In lassitudinibus cruditati copulatis uomitu minimè utẽdum ne succi-

ci reuellantur, intrò mordaces, qui ui delicet carni cutiq; inhærent, sed deuitanda, q̃ refrigerant astringuntq; cutim omnia, ne à cute ipsa motum humorum ad interna concitent, quẽ admodum uitantur exercitatio, frictio, fomentatio, balneum, unctiones, iracundia, & quæ humores ab alto euocare possunt, ubi circa hepar cruditate coaluerint. Nam nec qui extrà sunt, rectè intrò reuocãtur, nec qui intus, forâs. Imò qui foris sunt leuiter per habitum educendi erunt. 4. de sanit.

3 Humorem melancholicum per inferiora semper, nunquam per uomitum purgari oportet. in 4. Aphorism. Et paulò pòst. Humor acris tenuisq; sursum petens hyemis tempore non est purgandus, sed con sumendus.

4 Syncopen ex humoribus acriter stomachum rodentibus calida aqua sola, uel oleo mixta per uomitum cu rare oportet, qui si tardius sequatur pectore & plantis manuum ac pedũ calida

calida aqua lotis accelerandus erit. Si uerò ne tunc quidem moueatur, oleum quàm poteris optimum calefactum præbere. Etiamsi enim uomitũ non accit, pleruncꝫ tamen materiam egestionis emollit. 1. ad Glauc.

5 Quibus lenta pituita infixa est uentriculo, si ad uomẽdum apti sint, non inutile fuerit per radiculam ex oxymelite uomere. Sin uerò nec lentus humor sit nec crassus, uticꝫ abunde fuerit à ptissanę solius cremore uomuisse, item à mulsa. Quo casu sumẽdum utriusuis plus est, quàm uel nutrimenti, uel etiam deiectionis causa sumeretur. 7. Methodi.

6 Narcissi radix uim maximam euocandi & uomitum ciendi habet. Quamobrem & ijs quibus humorẽ cibi superfluum purgari opus est, uel tres ante cibum præbêre soleo. in 6. Epid.

7 Qui ad uomendum sunt faciles, ijs purgando phlegmate corpori ante cibum optimus est uomitus. Qui uerò difficiles & inepti, ijs meliùs est

X post

post cibum uomere. de morb acut.

8 Sæpe iam repetijt Hipp. uomitum ad purgationem crassiorum & lentorum simul humorum in uentriculum cõfluentium, facere plurimũ. Iam nemini uomere quotidie assuefacto uomitus prohibetur. Illis uerò, qui rarò, non cõceditur. in Hipp. de natura humana.

9 Motus post potum uehementior, uomitum mouet ex humorum ad superiora elatione, quod in nauigantibus cernitur. 4 Aphoris.

10 Quæ ad uomendum exhibentur, lente sumi debent, ut per otium liceat ijs, quę in uentriculo sunt crassiora incidere atq; attenuare. in Hipp. de natura humana.

11 In ijs qui temperamẽto sunt biliosо, si bilis uentrem superiorem petat, per uomitum expellẽda est, post exercitationes aqua propinata, nam uino tunc utẽdum non est, nisi difficulter uomãt ex aqua. Quippe eiusmodi quædam naturæ sunt, quibus uinum dulce, ubi aquã præbiberint, est

est concedendum. Præterea etiã magis ubi temperamentum eorum ab initio, calidius ſicciusq́ fuit, uomitio petenda est. Quin & exercitari his utiliùs, non acutis exercitationibus & præuegetis, ſed potiùs tardis & mollibus. 6. de ſanit.

12 Cerebrum omne cibus pituitoſior craſſiorisqúe ſucci. Eccitat uerò nauſeã omninoq́ uomitioni est accommodatius, ſi concinnatum cum incidentibus. & calefacientibus fuerit, ueluti oleo liberalius coctum & poſt cibum datum. 3. de alimentis.

DE CVRANDI RATIO-
ne per chirurgiam,
SECTIO XIIII.



Vtrida ulcera quum ambientes partes depaſcunt, nomas propriè appellant. Qui affectus uehemẽtiſſimis medicamentis indigent, ut ſæpe etiam in ijs, canterijs utamur. 5. de comp. ſecundùm loca.

2 Carbunculus ulcus eſt cruſtam citò cum ualida phlegmone circumſtantium particularum excitãs, adeò ut febres uehementes & extrema pericula inferat. Quare ipſi particulæ laborãti quod ad inflammationem attinet, imponi cataplaſma oportet q̃ ex plantagine cõficitur, aut quod ex diſcocta lente, ſcilicet miſcendo bis micam panis, qui furno ſit coctus. Super ipſum uerò ulcus ualẽs aliquod medicamentum cuiuſmodi eſt Andronis, &c. Liquatiq; cum uino dulci ad

ci ad ſordium craſſitudinem dedebit. Scarificari etiam poſt ſanguinis miſſionem alienum non eſt, ſed inciſiones altiores mediocribus propter infeſtantis humoris craſſitudinem eſſe debent, & inflammatione ceſſante ad cicatricē ſimiliter reliquis perduci. Ibid. & 14. Methodi.

3 Sinus liquidioribus: Caua uerò in ſuperficie corporis ulcera pharmacis craſſioribus indigent. Quare meritò id genus uitijs, ceratū ualde abſtergentibus admiſcemus in ſinibus oleum uel roſacei plurimū. 2. de cōp. ſecundùm genera.

4 Quibus inter pulmonem & thoracem ſuccreuerunt puris ſordes, hi nunquam niſi multitudine empyematis præmente (quod ex ſputo cernitur) cauterio ſunt curandi. in 6. Aphoriſm.

Addit Moyſes.

Non contradicit ijs, quæ ſecundo de ſimpl. dixit, niſi enim ſumma ſit neceſſitas, non præcipit cauterium.

5 Cauterium neq; ferro, neq; me-

dicamentis, urentibus adhibendum, nisi quando ingens morborum uis fuerit, & humorũ magna corruptio, quale quiddam accidit ulceribus ægrè sanabilibus, & malignis. 6. in 6. Epid.

6 Hydropicum resecare uentrem non est tutum, nisi si quãdo tanta humoris putrefacti copia est, ut uirtutẽ prorsus obruat. Pulmonis autem ulcus maturè aperiendum antequam putrefiat 7. in 6 Epid.

7 Postquam ulcus secueris & pus uacuaueris cauendum est, deinceps ne oleũ aut aquam imponas. Quod si quando uulnus abluere oporteat melicrato, uel oxycrato, & uino, & mulso est utendum. 2. ad Glauc.

8 Vlcera maligna, acriora medicamina postulant, & quæ igneas uires possideant, quale est misij Chalcitis, Arsenicum calx, atq; sandaratha. Sæpe uerò ubi ista cesserĩt admouemus ignem. Ibid.

9 Putredini apta medicamenta sunt, oxymel, farina, orobi lolij'ue: itẽ faba-

fabacea, sal Trochisci Andr. Polyidæ Pasionis, &c. Ex quibus deligendũ cuiq; parti maximè congrua. Ibid.

10 Cancri morbum per sui initia sæpe sanauimus medicamentis, quæ atram bilẽ educerent, ubi uerò in molem insignẽ attollitur curari sine chirurgia nõ potest. Nempe toto quod uitiatum est exciso. Non caret tamen id periculo profluuij sang. ob uasorũ magnitudinem præsertim si fuerint arteriæ. Quod si laqueo excipias, per consensum afficiuntur continuæ particulæ. Sin radices exurere uelis, non deest & principibus partibus periculum. Ibid.

11 Incisæ post aures arteriȩ grauioribus capitis affectibus multũ prosunt. cuiusmodi sunt hemicrania, uertigo, caros, &c. At si quando uapores noxij sursum ad retiformem plexum ferantur, tum nõ ita fortasse potest hæc incisio conferre. 3. de locis affect.

12 Vbi neruus punctus est, dolorem qui ex necessitate incidere huic

quàm reliquis partibus maior solet ex sentiendi quod obtinet acumine, inprimis mitigare commodum est, & cutis uulnus apertum inglutinatumq; custodire, quò per id ex neruo uulnerato sanies effluat, totumq; corpus superuacuis humoribus liberetur, & phlegmones generatio prohibeatur. Tertius uerò etiam fuerit si quis cutem latius incidat ac totũ corpus sanguinis missione inaniat, utiq; si fortis sit uirtus. Si uerò uitiosis succis repletum sit corpus protinus purgare medicamẽtis humori dominanti commodis. Aqua uerò calida non uti ne humida iam ex se substantia iterum excalfacta, & humectata soluatur ac putrescat, sed potius oleo calente fouere, ut omnis sic materia digeretur. 6. Methodi.

13 In Cancro, ubi totum quod uitiosum est excideris, sic ut nulla supersit radix, sines effluere sanguinẽ, nec propere eum inhibebis, sed primendo potius uicinas partes, exprimes ex ijs succum crassiorem, mox alijs si-

Iijs similiter ulceribus curabis, ultimo Methodi.

14 Strumæ, glandulis in scirrhosum affectum mutatis factæ, ijs maxime, quæ uel salinam, uel lac, uel genitale semen, uel pituitosum quendam humorē in mesenterio, faucibus uel larynge generant, curandæ similiter alijs partibus ad quasq; tum uenæ, tum arteriæ perueniunt. Vt reliquarum, quę quod in medio uasorum in diuersas partes diductorum habent, implent pro cuius diductionis firmamento sunt, earum inquam alia curationis est indicatio, qua simul cum uitio pars ipsa tollitur. Quod fit dupliciter, nempe uel totum quod uitiatū est excidentib. nobis ueluti in Cancro, uel putrescere id medicamento cogentibus. Ibid.

15 Absceſſuum exteriorum, quæ Atheromata, Steotomata, & melicerides à similitudine contentorum dicuntur, curationis indicationes sunt cōmunes, id uidelicet quod cōtinetur, uel digerere, uel putre reddere, uel

excidere. Meliceris igitur à contento humore melli simili sic dicta, triplicẽ illam admittit curationem, Atheroma uerò duplicem quippe quod tũ excidere, tum putrefacere tantum licet, Steatoma unicam manuum operationem, excisionem cũ nec putrefieri possit nec digeri. Ibid.

16 Amouendarum cicatricũ pterygiorum, & similium p chirurgiam ratio, tripliciter indicatur. Prima est ut quod maximè tempestiuè potest cures. Secunda ut citra dolorem. Tertia ut tutò & certò. In quo postremò tria sunt propria quibus intentus sis oportet. Vnum primumq; ut omninò absolutionem operis consequaris. Alterum ut certè non lędas, si nõ assequaris finem propositum. Tertiũ ut uitiũ ne ut aduertatur prohibeas. quibus consyderatis cognosces chirurgiæ potissimum, aut quando medicamentorum ope sit curandum. Ibid.

17 In excisione, plerunq; cum affectu ipso etiam pars affecta excidi-

tur, ut

tur, ut in herniosis aliquid peritandi in testiculis & cruribus, unà cum uaricibus ipsæ uenæ. Sic in naso tunica cum polypo, & foratus dens cum foramine. Ibid.

18 Pterygij sanatio dum paruum adhuc est & molle, per ea quæ detergent perficitur ut sunt trachomatica. ubi magnum durumq́ꝫ euasit, chirurgiam postulat. Ibid.

19 Vbi multum puris erit in oculo, uacuabimus diuisa tunica, q̃ cornu est specie, paulò supra locum quo cõmittũtur uniuersæ tunicę (quę uocant irim seu coronam) aut per medicamenta, quæ paulatim expellãt, aut cõcussione ut ab eo loco defluat humor. Ibid.

20 Medicamenta detergentia simul & excalfacientia laxatis inferius columellis, nec tamen inflammatis mirè conferunt. Eas autem excisione curare consueuimus, quando præsertim albiores & sanguinis inanes fuerint. 6 de comp. secundùm loca.

21 Oculus quãdo acerrimi est sen

sus,

ſus, ſi quando ſit læſus mitiora medicamenta infundi ſibi poſtulat quale eſt oui humidum ophthalmicis mixtum, ſuperiorem genam, primum leuiſſimè attollendo, nullaq́ꝫ cõcuſſione quemadmodũ in capite, facta. 13. Methodi.

22 Oculus totus cõtrahitur, & intrò pellitur ex cõuulſione exciſæ corneæ tunicæ, effluitq́ꝫ humidum aliquid tenue album & liquidũ, ea parte, qua acum affixerit chirurgus, qui eſt humor noxius. 10. de uſ. part.

23 Conuulſioni nerui conferunt, quæ ab alto ſaniem educunt omnia, ſed commodiſſima ſunt, quæ cũ mediocri calore exiccãt. 3. de comp. per genera.

24 Conuulſioni nerui conducit ſulphur, quod ignem expertum non ſit, quodq́ꝫ lapidoſum non eſt, ſed omninò tenuium partium, ſi tantum eius tenui oleo mixtum ſit, dũ quod ex utriſq́ꝫ mixtum erat, ſordium balnei habeat ſimilitudinem. Item Terebinthina reſina per ſe quidem in pueris, &

is, & mulieribus, & ijs generaliter, q
molli sunt carne. Cùm Euphorbio
uerò in ijs, qui dura non secus autem
& propoli non per se modo, uerum-
etiam cũ Euphorbio mollita. Quod
si durior esset, cum tenui quopiam o-
leo, quin & sagapeno in duris corpo
ribus sit usus utiq; cum oleo & tere-
binthina id miscendo, sed & opopa-
nace ad eundem modum, quo & sa-
gapeno. Et lota calcem oleo similiter
admixta, & applicata. Maximè si ma
ri per æstatem sub æstu caniculæ lota
sit. 6. Methodi.

25 Si multum cutis est adapertum
& neruus per directum diuisus appa
reat, non iam Euphorbio & similiter
acribus, quæ emplastri modo appli-
cantur uteris, sed calce optimæ elo-
ta, in multo oleo soluta, & calida ap-
plicata, aut pompholyge similiter lo
to, & largo rosaceo liquato siue sale,
tamen applicato. Ibid.

26 Humoris, qui in hydrocelis ui-
situr, sicut & aquæ in ascitis conten-
tæ uacuationem, uel medicamentis,
quæ

quę digerant molimur, uel chirurgia in hydrocęle quidem immisso syphonæ, in ascite ue ò adhibita punctione (quam paracentesin uocant) excisa quadam parte peritoneo. In columellas uerò non erit properandum, ad eas excidendas, sed quãdo exiles erunt, & ad loci tenuitatem redactæ. ultimo Methodi.

27 In uulneribus uẽtris principio id agendum ut recondantur, si quando intestina exciderint: ne in tumorem surgant, & per angustum foramen immitti nequeant. Secundò ut sumat. Tertiò medicamẽtum imponatur. Quartò ne qua præstantior pars inde simul afficiatur. 6. Meth.

28 In uulneribus uentris situs laboranti appositus fuerit, cùm in inferiore parte factum uulnus est, si sursum uergas, cum uerò in superiorib. si deorsum. Ex qua ratione conueniet, si in dextris sit uulnus corpus in contrariam partem inclinetur. Si uerò in sinistris, in dexteram, sicut quæ uulnerata pars est semper altiorem

locum

locum occupet. Ibidem.

29 Omni recens facto uulneri, nisi in uentre sit expedit ex ipso statim, sanguinis plus minúsue effluere, qppe phlegmone minus tentabitur, tũ ulcus ipsum, tum quæ illi sunt circũposita loca. 4. Meth. ex Hippoc.

30 Sanguinis eruptionem ex uulnere putrefacto sistẽdum est, uel crustificis medicamentis, uel ignitis ferramentis, uel certè pro incrustantib. medicamentis, uti pharmacis astringentib. melius erit, qualia sunt, Chalcitis misŋ, atramẽtum, ŋsq́ siue ustis, siue crustis. At si ex uasis effluat sanguis, prohibendus est, aut ad contraria reuellendo, aut ad uicinas partes deriuando, aut totum corpus refrigerando. Præcipuè uerò partem afflictam, frigida pota, uel infusa, aut pusca & uino acerbo, quod στρυφνὸν uocant, aut alio quodam astringẽte medicamento refrigerandi uim habente. 5. eiusdem.

31 Cui sanguis ex alto uulnere pfluit, si uena sit unde profluitur citra uin-

uinculum medicamentis supprimẽdi sanguinis uim habentibus res tentanda est, qualia sunt emplastica ex frixa resina, & farinæ triticæ tenuissimo polline & gypso, & alijs id genus confecta Sin sit arteria duorum alterum aut uinculo amplecti, aut totã præcidere utique transuersam. quod præcipuè in ijs fit, quæ ex profundo loco assurgunt commodè præsertimq́ue per angustas, uel principes particulas. Quippe ita retrahitur utraque pars ad se relaturq́ ac integitur superiacentibus corporibus uulnus: tutius tamen est utrunq́ facere, & uincũlũ uasis radici inijcere, & quod deinceps habetur præcidere. Ibid

32 Vlcera inueterata per sanguinis missionẽ crebro curamus. Quod si pars affecta uel liuore nigrescit, uel rubra iam conspicitur scarificationẽ addimus. Exin spongia sicca magis quàm humida detergemus, tũ & medicamenta exiccantia apponemus, uenamq́ postea iterũ si sit apud secantes. 4. Methodi.

33 Vl-

33 Vlcerum labra si sint dura, callosa, liuida & nigra, excidere ad uinũ non est dubitãdum. Sin diuturnum sit, lentè uacuandum. Ibid.

34 Fistulam à medico aperiri, non nisi post diuturnũ fluxum suppressam tutò licet. 2. in 6. Epid.

35 Vlcera maligna etiam clystere ex mulsa & cineris aqua purgare licet. Minus autem mulsæ ubi infirmior ægritudo est requiritur. Item ex uino & mulsa, sed mulsa melius deterget. Vbi autem his ritè purgatus est locus affectus ex solo uino, bonũ est clysmo uti, deinde unguentum proprium apponere, quod spõgia uino madefacta ulceri alligetur. Ligandi autem modus esto, ab inferioribus ad os usq; ulceris stricto emplastro. Idq; ternis quibusq; diebus soluto, & renouato unguento. Quod si fortè inferius dolor iaceat, labrum uerò ulceris superius, ita ut commodè dolori applicari medicamen nõ possit, excisione inferius ad dolorem facta uacuandum erit. 2. in 6. Epid.

36 Affectus unde primum maximumq́ imminet periculum, primus curari atq; etiam interdum solus debet, ut cũ ex uena arteriáue sanguis immodicè profluit, si totum uas per transuersum præcideris, ulcus quidẽ eius postea sanare non poteris, periculum tamen quod ex sanguinis profluuio impendebat, sustuleris. Sic neruum punctum sæpe cogimur transuersi præcidere quoties uel conuulsiones, uel deliria, uel ambo magna ægreq́; sanabilia, superuenire uulnerationi cernimus. Similiter ubi luxatio cum ulcere, in aliquo maiorum articulorum incidit, ulcus priùs sanamus, luxationem insanatam relinquimos. 3. Methodi.

37 Partium quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratę sunt, earum priùs sanandus est tumor. Vbi autem labra tantum ulceris decolorata duráue pluſculum fuerint, excidenda ea sunt ad sanam usq; carnẽ. Sed si altius serpiunt deliberatione est opus excidendum'ne, quod præter

ter naturam cernitur, an temporis ſpacio curandum, & conſulendus æger. Ibid.

38 Optimum omnium quæ noui medicamentorum, quo etiam ad cerebri membranarum, & ſphagitidū uenarum hęmorrhagias tutiſſimè utemur, eſt quod ſubijciā. Recip. Thuris partem, aut eius mannæ, 1. Aloës partem s. miſceantur ita, cum oui candido, ut perueniāt ad craſsitudinem mellis, poſtea leporis molliſſimis pilis excepta, tam uaſi, quàm uniuerſo ulceri liberaliter admoueantur, alligenturq; forinſecus faſcia ex tenui linteo, cuius faſciæ primi quatuor quinque'ue amplexus, ipſi profluenti uaſi inijciēt ducenturq; mox verſus eius radicem, niſi quibus partib. id non licet, ut in cerebri inuolucris. His factis ubi tertio die ſolueris ſi tutò adhuc medicamen ulceri adhęret, aliud rurſus ſup imponés deligabiſque ut antea. Si uerò priùs linamētū deciderit, impones alterū, ac ſic quoad carne munietur curandum uas e-

rit, particula uulnerata à principio ſupina mediocriter ſeruata. 5. Meth.

39 Quæ de profundo erumpunt, nec uinculo, nec deligatura, nec cauterio, ſed reuulſior & ad uicinia loca declinatione, nec non cibo & potione emplaſticis, refrigerantibus, & aſtringentibus curanda. Ibid.

40 Varijs autem inſtrumẽtis, pro partium proprietate id fiet ueluti, in inteſtina per clyſterẽ, in uterum per metrenchytas, in ueſicam per catheteras medicamenta, immittuntur. Ibidem.

41 Phlegmone ſuppurans nõ eſt incidenda protinus, ſed digerẽda medicamentis ad id ualentibus. Quòd ſi quando puris copia medicamentorum uim ſuperet ſecare abſceſſum oportet, eò potiſſimum loco, quo eſt editiſſimus. Poſt ſectionem medicamen quod ſine morſu ſiccet imponere. Si uerò computruiſſe aliqua portio uidebitur excidi etiam eã neceſſe eſt, ſectione myrthi folij, figura non planè magna longitudineq; maiori, quàm

quàm latitudine, in inguine per trāſuerſum ducta: non autem per rectitudinem membri. Nam ſic cutis, dum membrum flectitur melius ſibi applicatur, & tandem manna affectam partem implere. 13. Methodi.

42 Si ab humida ſubſtantia aut lēta, & craſſa ſimilarium corporum, aliquando membrum offendatur (nam intermedia illorū̃ ſpacia, ut plus uel minus, huius uel illius humoris continent, ſic membrum oſtendunt) purgare ipſum oportet inciſione, uel medicamen abſtergente. Primùm, tum humiditatem ipſam medicamentis membro appoſitis repellere. Gal. in arte medicinali.

43 Si eas quæ ex fluxionibus fiūt inflammationes ſcarificaueris magnum adferes malum, ac per initia prę ſertim. Quæ autem iam inueterate exiſtunt, & poſt totius corporis uacuationem, quaſdam durities atque nigrities retinent, ab his per ſcarificationem auferre ſanguinem nil prohibet. 2. ad Glauc.

44 Inflammationem curaturum principio uacuare totum corpus oportet. Deinde inflammatam particulam profundere & linire, ijs quæ repellendi quod influit uim habeãt. Vbi uerò non amplius humores influunt, sed quod prius fluxerat hæret iam membro impactum, scarificare. Ibid.

45 In quibus difficulter tumor ad suppurationem peruenit, nec facilè discuti potest, sed suspicio est humores crassiores, & tenaciores ibi impactos esse, in ijs tamen conueniet, ea quæ fit per profundiores scarificationes curatio. Cõuenit etiam id quod ex caricis pinguibus, dulcibusq; & decoctis conficitur cataplasma. Cuius præparatio est hæc. Decocto caricarum adijce aliquando farinã hordeaceam, aliquãdo panem syncomistum. Hoc est, miscellaneum, qui ex generoso confectus sit tritico. Ibid.

46 Quoniam in ipsa ulceris primę carnis generatione duplex excrementum oritur: alterum quidem tenuius,

nuius (quod in ulcere ſanies dicitur) alterum uerò craſſius, quod nuncupatur ſordes. Atque ex tenui quidem, humidũ ulcus redditur, ex craſſo autem ſordidum: Duplicibus ſanè medicamentis eſt opus, ſiccantibus propter humiditatem, & expurgantibus propter ſordes. Qualia ſunt, thus hordeacea, fabacea & carni farina, irides radix ariſtolochia, panax (quæ cæteris plus ſiccant) Cadmia atque pompholix, ex his pro corporis natura & ulceris erunt quæque deligenda. In humidiori ulcere illud, quod magis ſiccet, in humidiore corporis natura, quod minus. Siquidem quatenus natura naturæ intereſt, ex ulcerib. æquè humidis, quod in ſicciori temperamento conſiſtit, utique magis ſiccari poſtulat, quod uerò in humidiori, minus. 3. Methodi.

47 Glutinatorium medicamentũ nec deterget, nec expurgat, ſed prorſus ſubſtantiam omnem in idem cogit, quare plus ſiccet, oportet quàm quod carnem producit. Huiuſmodi

autem ſunt auſtera & aſtringentia, ut galla immatura, malicorium, & Aegyptiæ ſpinæ fructus. Quemadmodum multò ſiccius quod cicatricem inducet, quàm quod agglutinabit eſſe medicamen oportet, cuiuſmodi Chalcitis, æs uſtum, ſquama æris, miſſij, quod cæteris ualentiùs exiſtit. Ibidem.

48 Sternutamenta iuuant præcipuè illos, q capitis grauedine, ob cerebrum craſſis uaporibus oppletum tenentur. Atq; inde obtuſius olfaciunt: qualia ex nigella oleo intrita inſpirantibus ægris, & capite reſupino inſtillare naribus ſoleo, idq; prius ore aqua repleto. Gal. de inſtrum. olfactus.

49 Recitauit mihi quidam, cũ inueteratũ ulcus in coxa habuiſſet, doctum quẽdam medicum conſuluiſſe, qui uena in brachio. primùm ternis diebus inciſa, tum medicamentis purgantibus adhibitis, & ulcere poſtremùm curato ſanitati ſic reſtituit. Gal. de atra bile.

50 Timidum incisuro morbum attrectare, & partes affectas tangere leniter fingendum, ut facilius dolorē fallat. Antidoto 3.

51 Ossa iuuenum fracta glutinari prius, quàm puerorum dixit Asclepius. Quia pueris opus sit cibis etiā id quod solutum est reficientibus ac cōplentibus, non medicamentis tantum. in 1. Hipp. de reductione ossiū.

52 Post quatriduum, os luxatum ad situm naturalem reducendum nō est, alioqui plurimum lęditur æger, ut periculū sit maioris morbi. Asclepius in 3. de reductione ossium.

53 Galenus uerē, coalescere (inq̄t) nequeunt ossa iuuenum adolescentum, nec non senum, ob eorum maximam siccitatem duritiemq́ꝫ, at quæ abundè sunt mollia qualia in puerulis cernuntur, ea sola unitionem recipiunt. 3. Methodi.

54 Certissima transpositionis fractorum ossium indicatio ab integrorum exemplari sumenda est. Ibid.

55 Quæ per transuersum fracta

ſunt in directum, & cōtrarium agenda, quę retrorſum ea prorſum magis impellenda, altera fracti oſſis ad contrarium etiam ducta. Quæ uerò prorſum, hæc retrorſum reliqua parte ſimiliter ſenſim prorſum ducta: ſicq́ de cæteris differentijs adhibita cautione in contrario illo motu, ne extantiæ fractorum oſſium frangantur. Ibid.

56 Commiſſorum oſſium deligaturam non admodum arctare oportet, ut comprimat fracturam, nec remittere ita ut ſit laxa. Sed pectori quidem latiſſima faſcia, artubus & iugulo anguſta congruit, uerſutum tamē numero amplior illa eſſe debet. Adhæc eius principium ſuper fracturā inijciendum bisq́ ter'ue circumducendum, tum ad membrum reliquū diſpenſandum. Splenia etiam cum faſcijs exterioribus adhibenda, tertio uerò die ſoluenda ne dolor aut pruritus creetur. Reponere autem figura à dolore omninò īmuni, in brachio quidem anguloſa, in crura uerô quæ pau-

paulò minus porrecta sit, &c.Ibid.

DE MORBIS *mulierum.* SECTIO XV.


On deprehenditur morbus ex menstrui sanguinis suppressione ortus, ne secundo quidẽ mense, nisi admodum obscurè. Tertio uerò ubi matrix iam plena est, nec capere ampli⁹ potest, sursum regurgitare quod denuò fluit cogit̃, ita morbus suffocationis cernit̃. Gal. in Hipp. de morb. mul.

2 Quæ ex cruribus fiunt euacuationes, menses promouent, si tribus quatuor'ue diebus ante tempus consueti mulieri circuitus administrent̃, idq́ue aut uena incisa, aut scarificatis unius cruris talis, atque inde exiguo sanguinis euacuato. quod & postero ac similiter faciendum erit, sic tamen ut quibus diebus uacuas, atque quatuor, aut quinq́ue potius ante illos mulie-

mulieri extenuantem uictum institu as. Menses etiam abundè prouocant nepita, pulegiumq́ in pollinem reda cta & melicrato cocta, maximè à balneo etiamq́ linteo inuolutis propinata. Sed ualentiora sunt, sauina & dictamnum, ususq́ eorum illis similis: hoc tempore uerò hiera picra datur, illa potissimum in cuius compositione, centum aloës drachmis, aliorū medicamen senæ tantum miscentur, cum cinnamomo. Galen. de uenæ. sect.

3 Sanguinis retenti causa est, uel uirtutis attrahentis imbecillitas, uel uenarum matricis obstructio, uel eiusdem contractio. Gal. in Hipp. de morb. mul.

Addit Moyses.

Hæ causę (Lector) sumptæ sunt ex ratione continentis cùm etiam fluit sanguis, non ex contenti ratione ubi iam defecit, siccatusq́ est.

4 Menstrua nullo in mammis apparente lacte suppressa his notis indicantur. Grauitas enim totum corpus infe-

infestat & fastidium atq; horror inæqualis. Item lumborũ & colli ac syncipitis dolor, qui ad oculorum usque radices extenditur præterea febres ardentes nigricantes urinæ, cum rubra quadã sanie, proinde ac si aquæ in qua nuper mactatæ carnes ablutę sint fuliginem quis miscuisset. Quibusdam urina supprimitur aut difficulter redditur. Si autem per alium corpus corporis locũ effluxerit sanguis, aut inflammatio, uel erysipelas excitetur, an menstrua purgentur interrogabis. Siquidem nil horum accidere solet ĳs, quæ integræ sint repurgatæ. 6. de locis aff.

5 Quemadmodum uirorum quidam effœminata carne, id est, molli delicataq; & minimis etiã noxis obuia sunt, sic mulierum quædam robusto ualidoq; corpore cõstant non cuiuis periculo, obnoxio. His sanè medicamenta mẽses euocãtia minus profuerint. 2. in 6. Epid.

6 Nonnũquam ex ocio & nimia quiete coalescũt humores superflui in ue-

in uenis matrici coniunctis, quos ipsa matrix attrahit, inde uerò & uteri dolor esse potest. Gal. in Hippoc. de de morb. mul.

7 Omnia quæ genitales partes cõstituunt uasa testes nutrientia, principia uasorum, & in masculo & fœmina eadem uidentur, ac omninò & numero, & substantia conuenientia, sed positione magnitudine eo differentia, quòd fœminæ intus, masculi forâs existunt. 2. de semine.

8 Quibus uterus aut sursum, aut ad latus reuellitur inguinibus, & coxis cucurbitulas applicamus: narib. quidem ea quæ fœtidissimum habẽt odorem, matricibus autem odorata & ea quæ laxare calfacereq; possunt. Quod si sequatur animi deliquium ob uentriculi imbecillitatem, ea quæ roborandi uim habent oportet emplastra adhibere, quale & quod fit ex palmulis, uino, farina ordei, croco, aloë & mastiche, plurimum uerò iuuat sic affectos extremorum frictio, &c. 1. ad Glauc.

9 Vte-

9 Vteri inflammationes magis, quam renum à uenis in cruribus sectis iuuantur: quæ enim ex cubito fiunt euacuationes, purgationes menstruas reprimunt, sanguinemq́ue retrahunt ad supernas corporis partes, atque uentriculo sic nocent. Gal. de uenæ sect.

10 Mulier quieta, si menstrua facilè emittit, minus coitũ appetit, quia humores superflui à quib. irritari matrix solet toto corpore affluxerũt Galen. in Hipp. de morb. mul.

11 Conuellitur matrix, quemadmodũ musculi & spina, & ossa, quando nimio sanguinis effluxu siccata illa manent: at suffocatur cum ex suppresso sanguine completa, undique natat, uasaq́ue omnia (quib. plurimis abundat) tendonesq́ue & ligamẽta plenitudine tendunt ac sursum trahunt, quò motu & uẽtriculus, & diaphragma ita uexantur, ut nec spiritus mittere diaphragma possit, nec uentriculum officium suũ facere. ita in morb. mul.

Sed in 6. de locis aff. q est ultimus.

Agita-

Agitationis uteri(inquit) quam mulieres percipiunt, non est causa ascensus eius usq; ad regionē diaphragmatis, ut nonnulli putant, sed uteri ipsius tensiones, potius: qui tangentib. obstetricibus modo sursum, modo in lacus retrahi uidetur. Et paulò pòst.

12 Quę citra peruersionem aut retentionem mēstruorum uiduas molestant noxæ, hæ ob retentum semen euenire putantur. Pro multitudinis autem qualitatis'ue ratione ipsorũ menstrui & sanguinis, aliàs aliæ accidentiũ species oriri solent &c. de hoc multa in eo libro.

13 Nuper quidem uidi uiduā mulierem, cui cum uitiatum semen ex retentione cōputruisset, matrix, uti obstetrix referebat, sursum contracta atque suffocata erat. Huic igitur medicamēta consueta, nempe aromatica, et calefaciētia manu immitti iussi, ex quibus statim leuem spasmum, uelu ti in coitu passa, mox eiectis crassiori bus, qui in ea constiterant humori-

bus

bus conualuit. 6. de locis affect.

14 Profluuium sanguinis in grauida muliere, ab eruptione uenarum in ceruice matricis positarum, nõ ab ijs, quibus in interiore utero annexę sunt, secundæ semper est. Gal. in lib. de morb. mul. & in 6. de locis aff.

15 Mulierum corpus si pauco tẽpore multum augetur, aut si singulis mensibus plurimũ sanguinis excernat, signum est maximi cum humiditate caloris iuncti. de morb. mul.

16 Venter, utraq; uesica, & uteri, ubi uel multitudine eorum, qui continent grauantur, uel qualitate mordentur quod offendit abijcere properant. Quorum utrunq; aliquãdo uiolenter incidit, eoq; casu prouocatur abortus, qui uel medicamen eũ prouocãtia, uel tensionem uteri semper sequitur, sicut partus motiones uehementissimas fœtus. 3. de nat. facult.

17 Prauas qualitates appetunt ij, quibus uentriculi tunicę sunt, prauo aliquo excremento imbutæ, ueluti mulieres prauis succis refertæ potissimum

mum ubi uterum gerunt & acria, amara, carbones, lutum & similia appetunt, qui affectus citta seu pica dicitur, duratq; quibusdam ad tertium mensem alijs ad quartum usq;, dum fœtus nutriri cœperit, & illa uel uomitu eiecta sint, uel ui uentriculi concoquantur. Cibos autem non capiunt, unde & marcescunt. 2. de sympt. causis.

18 Mares dextris, fœminæ sinistris uteri partibus magis continentur, atq; rarò aliter accidit. 6. de locis affect.

19 Similiter propriè concœperit, secundo autem aut tertio, aut quarto mense fœtum eiecerit, circa uteri acetabula humorẽ pituitosum abundat, atque ideò uasorum ora eius loci debiliora, quàm ut fœtũ ferre queant. Ibid.

20 Pręgnantium pulsus, maiores, crebriores & celeriores sunt, cætera uerò tuentur. In eis siquidem præter usum, priorum mutatum est nihil. In crescit autẽ his & augetur, quòd mulier

lier non sibi iam respiret ac pulset, sed fœtui etiam. quare celeriores, maiores & crebriores fiunt pulsus. 3. de caus.

21 Formatur fœtus in utero 35. aut quadraginta, aut certè 45. dieb. Mouetur eodem numero geminato: nascitur aũt hoc ipso triplicato. Gal. in 4. de uict. ratione.

22 Fœtus membra interdum contingit phlegmone tẽtari, quod fit potissimùm in difficili partu, sanguinis menstrui suppressione, partim ex conatu & uehementi mulieris agitatione. 2. in 2. Epid.

23 Superfluus & inutilis crassusq; sanguis post partũ ad matricem cogitur aut hæret, lenitutibus & incidentibus cibis est prouocandus, ueluti ptisana & similibus. 6. in 2. Epid.

24 Nutricis lac si sistitur aut si deficit ægritudo est. Sin abundat, robur & mammillarum integritas. Gal. de morb. mulierum.

25 Mulier concipiens si lac emiserit, fœtus infirmus erit, utpote à mã-

millis attrahere sanguinem non satis ualens, at si firmum durumque continetur, ualidum fore signum est. 6.in 2. Epid.

26 Matres lactare infantes suos omnes decet, siquidem earum lac cũ eiusdem, cum sanguine & natura infantis substantiæ sit, multò melius cæteris semper erit. Quod si non potest ipsa, aut si ipsum in ea sit corruptum ex quàm simillimo nutriri oportet. in lib. de uictus ratione.

27 Concretio & coactio sanguinis in mammillis signum est futuræ in muliere maniæ. in 2. Epid.

28 Cùm Boëthi uxor laboret muliebri profluuio cui superuenit, postea grandis in uentre tumor tractareturque ab obstetricibus, proinde ac si prægnans esset contigit, ut in prima balnei domo grauissimus dolor eam inuaderet. Ab eo uerò aquosæ humiditatis, adeò grandem excreuit ut animo protinus linqueretur. Igitur clamore muliercularum audito, insilio actutum, eamque in ulnas excipiens

piens nardino unguento os uentris perfricui, iuſſiq́; aſtãtibus ut pertitis officijs hæc manus concalfaceret, illa pedes, aliæ bene olentia naribus admouerẽt. ita ſanè quàm celerrimè illam reſtitui. Gal. de Præcog.

Idem paulò pòſt.

Ea quibus profricabatur uentris regio, erant molliſſima & præhumida. Humiditas autem illa, quæ erat affecta per ſiccantia ſimul & calfacientia ex communi medicorum, qui confluxerant cõſilio curata, hoc modo. In maris arena & quidem excalfacta eam reclinauimus. Dein talem hunc uictum inſtitui, ut quam minimo potu uteretur, frictiones & unctiones uniuerſo admoueret corpori, q̃ ſolo melle cõſtarẽt: primũ qdẽ elixato q́; optimè, dein inſtar fontanæ per æſtatem aquæ refrigerato. Non ſolùm autem per cutim illas ſuperfluitates humidas digerendas indicaui, ſed etiam per ueſicam urinis, & per aluum medicamentis ſoluentibus. Idq́; diebus ſeptem ab illa magna ua-

cuatione factum est, tum diebus binis sequentibus medicamento aquã ducente curaui, & simul asari apijq; decoctum propinaui. Quo facto cũ nil iã profluuij appareret, rursus tertia modicum quiddã ex medicamento aluum purgante exhibui. Post hęc singulis diebus melle illeui corpusq; perfricui mollissimo primùm linteo, postmodum asperrimo. Victu interim uel ex carnibus montanarum auium, uel ex saxatilibus fuscib. præscripto. Quibus per quindecim dies peractis, ne minima qd affectus nota extitit, & bene colorata reddita est, Mense demum exacto Boëthius 400. aureos dono mihi dedit.

DE

DE SANITATE TVENDA.

Sectio XVI.



AD sanitatem tuendam nil ocio & quiete diuturna peius, neque exercitio moderato melius: adhibita tamen cautione, ut ante cibũ fiat. nam qualiscunque post cibum motus, alimentum ex uẽtre, crudum in diuersas corporis partes distribuit. Gal. de Euch. & cacoch.

2 Hippocrates in 6. Epid. Diuturna (inquit) sanitas est saturitatem & ociũ fugere. ubi Gal. Omnibus (ait) cuiuscunque affectionis hominibus semper profuit post cibum largiorẽ abstinentia.

3 Motus sit non omninò nullus, ut eorũ qui dies noctesque totas chartis inuigilant, sed mediocris & æqualis, id est, ita compositus, ut quælibet pars suo ordine & pondere iusto mo-

ueatur, non externæ tantum, ſed etiam internæ, neruus, muſculus, caro, uenæ, arteriæ, &c. Gal. de ſomno & uigilia.

4 Duplicem ſcopum eſſe rationis uictus oportet unũ, ut quod exhauſtum eſt ſimilibus naturæ partibus inſtauretur: alterum, ut quæ relicta ſunt excrementa expellãtur. His enim duobus facilè tertium remoraberis quod eſt ſenectus. 1. de ſanit.

5 Calor naturalis curæ in primis eſſe debet, quare danda opera eſt, ut hunc quàm maximè & foueas, & iuues exercitijs non ſolum corporis, ſed etiam animi. Ibid.

6 Exercitatio, cibus, potus, ſomnus, uenus omnia mediocria, eiuſq; ordinis, quo hæc uerba ſunt poſita, fieri debent. 6. in 6. Epid.

7 Veneris ſcopus ſit corporis alacritas, non diſſolutio: accedaturq; ad eam corpore non calido, neq; ſupra modum frigido, non uacuo, neq; repleto, non humido neq; ſicco, ſed tẽperato. Quod ſi in alterutrã partem

pecca-

peccatum sit, in humidum & calidũ potius sit uitium quàm cõtraria. Galen. in arte medicinali.

8 Venus ei, cui ex intemperie calida fuliginosus humor in corpore creuit pro optimo semp habetur remedio: siccat enim & refrigerat ex illa, qua laborat intemperie corpus. 5. in 6. Epid.

9 Capiendo cibo non post balneum aut aliud uehementius exercitiũ omninò hæc cautio esse debet, ut nõ ante quàm flatus & anhelitus resederint, capiatur. Alioqui enim in stomacho crudus natat, calore nimirum à quo oportebat concoqui per exteriores corporis partes latè sparso, & caput grauatur, & membra nutrimento suo fraudantur. 3. de ratione uict. in morb. acutis.

10 Status eorum pessimus est, qui genitale semen copiosum calidumq́ gignunt. nam siue Venere eijciatur ad quam procitat, siue retineatur utroq; modo obest. Illo enim uentris os resoluitur, & ipsi toto corpore im-

becilli,& sicci graciles, pallidi, cauisq́ue oculis fiunt. Hoc uerò non modo capitis molestiam, sed stomachi offensionem fastidiaq́; sentiunt, nec ex continentia magnopere iuuãtur. Sumere igitur ij debẽt non cibos modo, uerumetiam medicamenta, quæ semen extinguant, & exercitationibus uti, quæ supernas tantum partes exerceant, ut ludo pilę, iactu lapidis, frictione & unctione lumborũ à balneo oleo potissimum omphacino, & rosaceo, & melino, quæ refrigerant. Tum si urgeat dolor. Cibis etiam boni succi modicè repletos in cœna, cõcumbere dormientes, & postero die cum satis dormierint ac surrexerint iubendum est, linteo fricari quod robur per cutem appareat, mox aliqua ex oleo frictione, uti, tum exiguo interposito tempore panis aliquid fermentati, & in clibano cocti, & puri ex uino mixto illis gustandum porrigendum, atq; ita ad cõsuetum dimittendum, magnam enim hinc utilitatem experiuntur. 6. de sanit. tuenda.

11 Cibis mali ſucci, quantum poteſt abſtineri uolo, etiamſi facilè concoqui poſſint: neq; enim fieri poteſt, quin huius uitij aliquid in uenis hæreat, quod ex ſucco in corpus diſtributo prouenit. 2. de alimentis.

12 Optimę conſtitutionis homo, ſi ſtatim ubi editus eſt in lucē, arti ſanitatis tuendæ tradatut erit fortunatiſſimus. Sic namq; ad animi quoq; affectus nonnihil lucrifaciet: ipſa nimirum recta uictus ratione mores quoque probos agente. 1. de ſanitat. tuend.

13 Optima corporis conſtitutio, quæ temperatiſſima eſt meatus per quos humor fertur patentiores habet, quàm quidem talem, conſeruat ante cibos exercitium mediocre. Galen. de Euch. & cacoch.

14 Multum ad ſanitatem facit ſtati capiendo cibo tēporis obſeruatio, & uentris quoties inſiſtit ſolutio. 6. de ſanit.

15 Probare ſuum quiſq; cibum debet, priuſquam utatur, neque ſtatim quod

quod arridet palato sequi more brutorum. Itemq; Venerem, quo minimè tempore ab ea lædat͂, &c. de cæteris eodem modo. Sic enim ratione bene constituta in cõtrarios sibi aut cibos, aut libidines nunquam cadet. Ibid.

16 Optima uictus ratio est ei, quē reficere ex gracilitate oportet, ut mane liquidioribus cibis utatur, qualis est ptissana: serò uerò duriusculis ut pane aut carnibus, aut frugibus, quæ sunt species duriorum ciborum. 1. de alimentis.

17 Ptisana probè cocta & ex optimo hordeo confecta inter cibaria omnia prorsus omni noxa caret, nutrit tamen quam panis minus, sed & si eam ad sanitatem sumpseris nõ idcirco boni succi generationem impedias. Gal. de Euch. & cacoch.

18 Consuetudo in uictus ratione magni est momenti, atq; adeò ubiq; tutior, quàm immutatio quælibet etiam in melius facta sit. Gal. de consuetudine.

19 Ego plerosque etiam nulla uictus ratione constituta, uidi sanos tamen uiuere & bene habere, cum aceto scillitico & eiusdem herbæ serapio frequentius uterentur, tanti est momēti attenuans illa & salubris uictus ratio. Gal. de atten. uict. ratione.

20 Inter pisces, alimentum corpori saluberrimum præbent saxatiles, quod non modo concoctu est facile, sed sanguinem etiam medium consistentia generat. 3. de Alimentis.

21 Seruator quidq; iisdem planē generibus quibus corrumpitur, ut animi mores corrumpuntur praua cō suetudine cibi potus, exercitationis, uidendi, audiendi ac totius denique musices. Quarum rerū peritum medicū esse oportet, qui sanitatis tuendæ curam suscipiet. 1. de sanit. tuend.

22 Vinum puero sanitatis regula educato ne gustare quidē quàm diutissimè suaserim, quòd humectet nimis & calfaciat corpus caputq; halitu repleat. Sed ne adulto quidem nisi modicè sumptū concesserim, quòd

uideli-

uidelicet, ad iram & libidinem præcipites facit, & partem anima rationalem hebetem atque turbidam reddit. Ibid. Quod modicè dico: quę ad bilis excrementa mitiganda uel expellenda, & ad siccitates ex immodico labore, aut propriè temperamēto in solidis partibus prouenientes nō minimum esse utile potest.

23 Optima uictus ratio est senibus, si mane ex oleo fricent̃ post somnum, deinde inambulatione gestationeque pro suis uiribus utantur. Postea dulci balneo lauentur sæpe si assueti sint, & uinum bibant suaue, denique alimentis humidis simul & calidis, quàm maximè possunt nutriantur. 5. de sanit.

24 Sciendum est uinum ut pueris aduersissimum sic senibus amicissimum esse. Hoc enim maximum illis commodum ex eo accedere, quòd omnia eorum membra calfacit alterum, quòd per urinas secum sanguinis purgat. Quæ omnia præstat tenue simul & flauum, cùm calidissima

sint,

sint, si colorem spectes, flaua, minimè callide, alba: media prout alteri accedunt, ita uim habeant. Ibid.

25 Lactis commoda sunt, uentris moderata deiectio succi bonitas & nutritio. Non tamen omnibus est senibus exhibendum, sed ijs qui id probè concoquant, nec ullum ex eo symptoma in dextra præcordiorum parte sentiant. Ibid.

26 Senibus, ficis etiam & prunis alijsq́; id genus, quæ æstate autumnoque uigent soluenda aluus & urina mouenda. Hyeme uerò caricis, prunisq́; Damascenis aut elixis, aut in mulso cui plusculum insit, Attici mellis maceratis. Ibid.

27 Pituita & obstructiones humectanti uictu in senibus curanda nempe alica ex melle, cui aceti aliquid mistum sit, aut ex mulso uinoq́; falerno exhibenda, aut lacte utendũ, aut ptisana bene cocta, quæ piperis pollinẽ acceperit, aut maturis ficis æstate, sicut hyeme caricis. Ibid.

28 Carnes senibus & atrophia laboran-

borantibus uno ante die quam ſinu-ant, parantur: ut refrigerentur, tum benè coctæ ex uiſculis, aut huiuſmodi cibarijs apponuntur. At iuuenib. & robuſtis recentes ſiue aſſæ, ſiue elixæ meliores. Gal. in 4. de uictus ratione.

29 Ex tribus ſenum generibus πρακμάσαις ſeu iã iam ſeneſcentibus, ſenibus & decrepitis ultimi ſoli ſunt, qui balneũ non ferant, quod ut nunquam ferè acres calidosq; humores congerunt, ſic minimis cruditatibus grauantur. 1. de ſanit.

30 Senium uitari quidem non poteſt, ſed produci poteſt uictus ratione bene cõſtituta, humidorum ciborum uſu lauationũ, mollis lecti, &c. omniumq; contrariorum, id eſt eorum, quæ ſiccent ac refrigerent abſtinentia. Gal. de tabe.

31 Vacuationes non debẽtur corporibus ob conſuetudinem aliquã, ſed ob cauſam, quæ illas poſtulat ueluti ob uitioſorum humorum aggregationem ex malo uictu, aut praua

corpo-

corporis affectione. In his si quod redundat, antequam in morbum incidat corpus, detractum sit toties, quoties morbum, aut præsentem, aut aduentantẽ senserit homo, non ob consuetudinem fiet, talis medendi ratio, etiamsi in eam uersæ uideatur. Gal. de consuet.

32 Aloën senibus ad deijciendam aluum haudquaquam sumi suaserim nisi maior aliqua necessitas urgeat. Nam etsi biduo astrictus uenter, tertio non soluitur, sat tamen est mercurialem herbam, & marinam brassicã, & enicum in ptisana dedisse. Sic & terebinthi, resinam nucis ponticæ magnitudine, aliquando duarum trium ue, quæ non modo aluum, sed etiam uiscera, iecur, lineẽ, renes, pulmonesque abstergere citra noxam potest. Exhiberi tamen eorum nullum copiose oportet. 5. de sanit.

33 Qui temperamento sunt calido & sicco, similiter educãdi sunt ijs, qui optimæ sunt naturæ, ad ætatem usque adolescentiæ dum bilis pallida,

& flaua, quæ in ijs abundat temperetur. Quod si uentrē ipsum superiorē petat, per uomitum expellenda est, post exercitationes aqua tepida propinata: nam uino tunc utēdum non est, nisi difficulter uomāt ex aqua. Si uerò exercitari non debeant, ut sunt qui hoc statu sunt, graciliores leuis inambulatio, balneum, & mollis frictio ex oleo adhibeatur. Sed si præterea circa præcordia sentiant dolorem, danda quæ iecur obstructum liberent. Liquor in quo macerata sit absynthij coma, & medicam ex ea coma aniso & amaris amygdalis confectam, ex oxymelite bibendum eo tēpore, quod inter surgēdum à somno & lauandum intercedit. Purgentur etiā & cōpositione ex aloē, quã picram uocant, & uentri extrinsecus admotis unctionibus modicè astringentibus, ut melino æstate mastichino uere, & nardino hyeme. Opulentę autem mulieres foliato unguēto & spicato, quæ uentrem & roborare possunt & calfacere. Gal. 6. de san. tuen.

34 Cor-

34 Corruptio ciborum in uentre si descendit per aluum ex se, maximū est sanitatis compendium, sed si hæret prouocanda est ijs, quæ deijciūt leniter. Diospolitico medicamen ex ficis & cnico composito, alijsque ex cnico uel epithymo, corrupti cibi reliquias elicientibus, ita tamen ut sine erosione & pūctura fiat deiectio. Ibid.

35 Qui theriaca utuntur ad sanitatis conseruationem, uidere debēt, ne ante exactam ciborum concoctionē ut uentriculum exoneratum accipiant. atque tantum aquæ, quantū pro modo exigitur, admisceant exempli gratia, si magnitudine Aegyptiæ fabæ sumant duo cochlearia misceant, sin auellanæ aut circiter tria, proportione utiq; seruata. At nec ęstate, nec iuuenis, nec calido tēperamento prędit9 uteris, aut si necessitate coactus id facis, minimum erit. Neque uerò puerò dabis, ne forte præ imbecillitate uirium uacuatione incitatus omni succo exhauriatur, quemadmodū

nuper cuidam accidit à patre ad id coacto. Sed & si senex capias, cum uino accipies nō cum aqua. Galen. de Theriaca ad Pisonem.

DE EXERCITATIONE.

SECTIO XVII.

1.



Vi potest exerceri ante cibum, is haud sanè admodum exquisitos cibos desiderat. Cui uerò negocia & occupationes impedimento sunt, non modo huic probato innoxioq; uictu, sed salubribus quoq; medicamentis (quæ tenuandi uim possident) est opus. Gal. de Eucly. & cacoch.

2 Paruæ sphæræ exercitium cæteris omnibus, cùm alijs bonis, tum uerò his duobus antecellit, quod æqualiter omnia membra exerceat, & citra periculum (quod alijs omnibus quodāmodo inest) corpus pariter & animū uegetat. Gal. de parua sphęra.

3 Vti-

3 Vtilissimæ omnium exercitationum uidentur, quæ non corpus solū exercere, sed animum etiam oblectare possunt, quales sunt paruæ sphæræ, ludus, uenationes & aliorū animalium capturæ. Adeò enim potentes sunt huiusmodi exercitiorū motiones, ut multi sæpe morbis liberati ex delectione fuerint, ex conturbatione autem nimia in morbos inciderint. Ibid.

4 Humores tenues crassiq; simul in eo gigni solent, qui omisso exercitio nunc in ocio agit, crassi quidem ex ocio presenti, tenues ex omisso exercitio. 3. in 3. Epid.

Exercitiū à mala concoctione non est commodum. 3. de sanit.

5 Ab exercitio, quod repleto fit corpore, gignuntur pro qualitate redundantium humorum modo epilepsiæ modò apoplexiæ & huiusmodi. Excalfacti enim ex eo humores liquescētes prorumpunt & maliciam edunt in 3. Aphorism.

6 In ocioso corpore duo repletio-

nis genera fiunt. Repletio quantitatis, quæ est in uasis & qualitatis seu uirtutis, quæ est in humoribus ipsis. Gal. in Hipp. de nat. humana.

7 Exercitationes acutæ & uehementes quia siccant & indurant, mẽtem etiam lędunt, quod in athletis & baiulis ac rusticis cernitur, qui ut plurimum mente sunt stupidi. Galen. de somno & uigilia.

8 Senes neq; nimium exerceri, neque omnino in ocio desidere oportet: Illo enim modo eorum calor utpote tenuissimus cõsumitur, hoc uerò refrigeratio augetur. 5. de sanit.

9 Calido & sicco temperamento præditis utilius est, non acutis exercitationibus & prænegetis uti, sed potius tardis & mollibus. Acutæ enim extenuant, lentæ implent corpus. 6. eiusdem.

10 Eorum qui repleti cibo se exercent nonnullis caput repletur uaporibus & in iecinore, aut ponderis, aut distensionis, aut utriusq; dolor percipitur. Succurrendum est igitur inambula-

bulationibus potiſſimûm ante cibũ, & celerioribus, aut poſt cibum, ſed quàm maximè lentis. Ibid.

11 Laboris appellatio idem uidetur, cum communi exercitationis appellatione ſignificare, at non motus quiuis exercitatio uidetur, ſed tantũ qui uehemẽtior. Cuius terminus eſt alteratio reſpirationis, id eſt accretio: In quib. enim nulla fit reſpirationis mutatio, hos nõdum exercitationes dicimus. 2. de ſanit.

12 Exercitationis tempus cõmodiſſimus eſt, paulo antè prandiũ, aut cœnam, cùm heſternus cibus duplici concoctione iam prorſus confectus fuerit, nempe ea, quæ in uentriculo, & ea quæ in uaſis ſanguinis agitur, ac iam denuò cibãdi tempus inſtet, cuius nota eſt urina rufa. Quod ſi prius aut poſterius facias, aut crudis humoribus hominem impleueris, aut pallidæ bilis prouentum auxeris. Ibid.

13 Cùm urina mediocriter rufa eſt, ad eundum exercitium, ſed expul

ſis priùs excrementis, quæ uel in ueſica, uel inferioribus inteſtinis continētur, ac partibus ſolidis molli ſimul frictione concalfactis. quæ linteolo ſuauiter perfricando fiat. Donec floridus quidam robur per totam eius cutem fundatur, tum oleo nudis pedibus totum ipſum ſubigere medio inter molle & durum modo. Ibid.

14 In quartana, poteſt qui laborat nullo detrimento etiam diebus intermiſſionis mediocriter negocijs ſuis corpus exercere. 1. ad Glauc.

15 Exercitia nonnulla ſunt tantū exercitia ut pancratium lucta, pugillatus, quædam ſimul & ope a, ut cū aliquis fodit, aut remigat, aut aliud exercet in uſum mortalium. 2. de ſan.

16 Exercitiorū triplex in uniuerſum eſt uſus, aut enim operis gratia fiunt, aut meditationis, aut exercitationis tantum. Quorum nullum ut exercitium perpetuum diem obitur, nec alio tempore, quàm ante cibum. Ibid.

17 Exercitaturo puero membra

exuta

exuta frictione primum molliantur. Posthęc exercitetur donec intumescat corpus, & color illi floridus appareat, & motus propriè ęquabiliter, & concinnè edit, & sudorem cum calido uapore mixtum uideas. Horũ uerò aliquo mutato, inhibeatur exercitatio. Ibid.

18 Senibus quæ præcipua ad sanitatem exercitia sunt, hæc per ualentiores corporis partes sunt obeunda. sed habenda cõsuetudinis imprimis ratio: nam quæ cõsueta sunt ut minimè lassantur, quos exercent etiam delectant, sicuti ediuerso, quæ insueta tum displicent, tum uerò lassant. 5. de sanitate.

DE BALNEIS.

Sectio XVIII.

1.



Lauacrũ exercitatis omninò medio temperamento eligendũ est, ad propositam ætatẽ atq; naturã quod non protinus, sed ubi summus exercitationis uigor remissus atque sedatus fuerit adhibeatur. 2. de sanit.

2 Balneum exiccatos seu tabe cõfectos conspicuè humectare reficereq; cernitur, ut facilè in ijs possimus uidere, qui æstate uel iter faciunt, uel alio quopiam modo exercentur sub sole. Hos enim omnes atq; etiã eos qui siticulosi sunt, humidos reddit & siti liberat, siue ex uigilia, siue ex curis, siue ex uenere, siue ex edulijs, siue ex ira, uel medicamentis fuerint exiccati, in putridis etiam febribus, si cocti sint humores & hecticis, si sola sint quouis tempore balneum remedio

dio est. Galen. de tabe.

3 Balneum excrementa potissimũ cuti proxima purgat, interiora enim altius hærent, quàm ut eò pertingere possit. 3. Aphoris.

4 A' balneo abstinere debet, qui fluxum sanguinis patitur, & cui subuersus est uenter: item cui uirtus imbecillis est, ne deficiat, aut in syncopam incidat. Gal. in 3. de morb. acut.

5 Balneum desinentem febrim si uires suppetant, soluit omninò & cõcoquit, sed si ante concoctionem adhibeatur potissimum in quotidiana ex pituita salsa grauius malum efficit. Ibid.

6 Febres quæ ex inguium inflammatione fiunt curare omnes quidem balneis oportet, & quæ ex cutis densitate (densatur enim cutis aut ex frigore, aut ex aliqua qualitate astringẽte) si in aëre balnei immorari iusseris ægrotum. nam reliquos omnes quã citissimè oportet ab aëre remoueri, nisi uelint ipsi diutiùs immorari. 1. ad Glauc.

7 Balnea calida ex aqua potabili tertianis etiam prosunt, tum quia bilis aliquod educũt, tum quia sua qualitate humectant & potentia refrigerant, qui scopus in omnibus balneis esse debet. Ibid.

8 Qui ex calida & sicca intemperie hectica febricitãt ac potissimum, qui iam marasmodes fiunt, ijs tutus non est frigidi solij usus, nisi priùs fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Atq; huius rei causa ad imbecilla corpora iuuentæ sunt balneæ, quæ ea p̃calfaciant, atq; ad frigidum soliũ præparent. 10. Methodi.

9 Balneum quatuor partibus uaria facultate præditis constat. Prima in qua calfiunt, q ingrediuntur aëre calida tantum. Altera in qua calida aqua lauantur. Tertia in qua frigida utũtur. Quarta in qua sudores detergentur, quibus tempestiuè omnibus est utendum, quòd qui intempestiuè lauantur, in horrorem cutisq; densitudinem incidunt. Ibid.

10 Si ijs qui fuliginosum & fumidum

dum ex corpore exhalat, ex frigore febricitet educendus in balneum etiam erit in remiſſione febris. Si autem cum grauedine & deſtillatione febricitet priuſquam hæ concoquantur, lauandus non eſt. Atqui exuſtione, iȷ uel cum hæc adſint lauari debebunt. Poſt lauacrum uerò amborum capita oleo roſaceo madefacienda erunt, eorum quidem qui ex uſtione febricitant refrigeranti, qui uerò ex frigore calfacienti ut ſunt irinum & nardinũ unguentũ. 8. Meth. *Additio.*

11 Fumidus uapor ex tarditate concoctionis aut cruditate in qua ructus ſentiuntur acidi non excitatur, ſed ex materiis ſemiuſtis & fuligo ex immodicè aſſis uſtisq́ue, quod in iȷs, q̃ ſunt extra cernitur. Eſt enim fuligo uapor terreſtris, fumus uerò miſtio quædam ex terreſtri & aquea ſubſtãtia. ex Gal. in eodem lib.

12 Si quis febrem ex ſtipatione ortam toto priùs corpore uacuato relaxantibus medicamen curet, ubi ſcilicet maxima febris non adeſt, utique pro-

prodesse aliquando potest, si tum etiam lauerit 11. Methodi.

13 In balneo quod in quacunque febri adhibebis, tribus his intentus sis oportet. Vni quod citra horrorem sit administratum. Secundò quod nullũ primæ notæ uiscus sit imbecillũ. Tertiò quod multitudo crudi humoris in primis uenis nõ contineatur. Horrore namque non solum attẽdere iam præsentem febrim potest, sed etiam quæ non fuit inducere. Partes uerò imbecillæ liquatos iam humores recipiunt magis, quàm ante liquationem. Crudorum uerò copia in totũ corpus digeritur. Ibid.

14 In progressu morbi nempe febris putridæ quo tempore & absumpta iam superuacua sunt, & tum cruda, tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus, & balneis intrepidè toti licebit. Ibid.

15 Aptissimum balnei tempus in febribus, quæ intermittunt & repetunt, id est, cum exhalare iam cœperit febrilis calor. Statim enim corpus

ad nutrimentum parat. Cauendum tamẽ à frigido ſolio his eſt, quoniam & crudi, & putreſcentes ſucci minus apti ad exhalandum, redduntur ſi qs in eo moretur. Ibid.

16 Quibus ex calida intemperie caput malè habet hos frequenti balneo dulcis aquæ fouere expedit. Calidarum aũt quæ ſponte naſcunt̃, uelutí ſulfurearũ, bituminoſarũ, aluminoſarum noxi⁹ his uſus eſt. 6. de ſan.

16 Quod à ſumpto cibo nauſeam aut hepatis dolorẽ, aut grauitatem, aut tenſionem pati contigit, à balneo poſt cibum omninò arcendi ſunt. ſolaq; conſtipatio prior curanda. tenuis ſucci alimentis, &c. Ibid.

18 A'balneis igitur (ut una ſumma colligatur) uacuatur quicquid in corpore, uel fumidum, uel fuliginoſum præfuit: Reducuntur ad naturalem ſymmetriam, tum caro ipſa, tum cutis: corrigitur ſolidarum partiũ ariditas & calor non modo is, qui ex lauacro, ſed qui etiam præfuit ex frigidæ uſu extinguitur: quod ſentiunt ij,

qui

qui feruenti ſole exiccati, huiuſcemõdi balneo lauantur. Gal. 10. Meth.

DE ALIMENTIS,

SECTIO XIX.



Aetera quidem & curationis, & ſanitatis methodus ęquo precio habetur. At quæ de alimentis eſt, hũc præter illa ſcopũ habet primum, ut quam optime concoquantur: deinde ut ex ijs concoctus ac digeſtus ſuccus omnium partium naturæ conueniat. Gal. de Euch. & cacoch.

2 Cognitio alimentorum, cognitione medicamẽtorum maxime hoc præſtat, quod illis ſanis, & ægris uti neceſſe eſt, his uero nonniſi ęgrotos. 1. de alimentis. Item, Nutrimentũ à medicamẽto uenenoſo eo diſſidet quod hoc uim corporis uincit, illud ab ea uincitur. 3. de facult. nat.

3 Vitio-

3 Vitiosum sumpti cibi succum purgat abstinentia, sicut & contrarium ipsi intemperantiæ alimentum, exercitatio consueta, & somnus longè à cibo captus. Ibid.

4 Posteriores sumendi sunt cibi, qui tardè permeãt quemadmodum omnium primi, qui celeriter, corrumpunt tamen si in uentriculo morentur diutius. 2. de alimentis.

5 Alimenta citi tardiúe transitus comperiũtur, aliàs ob naturalem naturam ab initio cõstitutionẽ, aliàs ob uẽtris dispositionem, aliàs etiam ob esculentorum ac potionum peculiarem substantiam, ut quod sint lenta aut perhumida, &c. 1. de aliment.

6 In uniuersum quod suauius est cibariũ facilius ijs, quæ ex æquo sunt salubria concoquitur. 2. eiusdem.

Et paulò pòst. Tametsi nos utilitatem, quæ ex cibis prouenit spectemus non uoluptatem, tamen quia cibi insuauitas plerunque officit quominus ipsum conficiamus, satius fuerit interdum condire mediocriter, non

uti coqui faciunt, quorum condimē-
ta plus interdum cōcoctioni obsunt
quàm prosunt.

7 Alimenta quantò sunt humidio-
ra eò sunt excrementosiora & minus
nutrientia. Nam humida ut distribu-
untur, ita etiam solidioribus discuti-
untur celerius. 3. eiusdem.

8 In uniuersum aūt acria & amara si
edāt corpus parcius nutriunt. Insipi-
da autem & ijs adhuc magis dulcia,
multum: & multò etiam magis si cō-
pactam adhuc habeant substantiam.
2. eiusdem.

9 In ipsa uictus ratione temporū
ratio est habēda, sicuti & regionum,
& anni temporum. Etenim aut om-
nino melancholicis ac siccātibus ab-
stinere, Hyeme aūt uti oportet, quē-
admodum æstate humectantibus si-
mul & refrigerantibus: at uerè mediæ
qualitatis cibi sunt dandi. 1. de ali-
mentis.

10 Exhaustos & graciles paula-
tim reficere oportet, tantum cibi &
potus exhibentes, quantum coque-
re fa-

re facilè possint. In ijs autē potionis is modus erit, ut nec uentriculo innatet, nec fluctuationis ullius sensum inuehat. Ciborum uerò potissimum ut ne grauent quidem ipsum, tāta uidelicet prima cibatione exhibita quā ta priusquam, secunda sumatur tota prorsus sit concocta. Deinde ut quā celerrimè concoquantur, quod non nisi à leuioribus contingere potest. Tertium ut excrementum eius discedat, & uacuus purus que uentriculus secundùm excipiat sine molestia. Atque ubi meliores sunt effecti, mutāda subinde ciborum qualitas & quantitas, sic ut tum plures, tum ualētiores exhibeantur. Volatiliaque opponatur & suillæ carnes immunis porcelli, qui si hyems sit etiam pridie iuguletur. Nā hesternum quàm recens faciliùs cō-coquitur, æstate uerò sat fuerit, si manè immolatus circa solis occasum cōmedatur. Sic enim ualentius semper alimentum uesperi exhibendum cēsuimus. 7. Methodi.

Nutrimenta simplicia medicamē-

tosis admixta corrumpuntur. At si simplicia sumuntur semper integra prosunt.

11 Cibariorum alia sunt quæ mordicatione sua, uentris partes ad expulsionem exuscitãt ut melicratum, & alia substantiam habent ex cibo pharmacoq́ʒ compositam, quæ uentrem subducunt, quòd medicamentosas in se facultates habeãt commistas. Alia deniqʒ solum alimẽta sunt, medij temperamenti nullaq́ʒ uincenti qualitate prędita, tale animalis corpus conseruantia, quale assumpserãt, quorum maxima est nobis raritas. 1. de alimentis.

12 Inter panes plurimum nutrit siligineus, post hunc similaceus, tertio loco medius, qui & miscellaneus dicitur αὐτόπυρος & συγκόμυστος, ex farina & furfur, quarto furfuraceus, qui minimè omnium nutrit, sed omnium maximè per aluum descendit. 1. de alimentis.

13 Panes purissimi copiosiori fermento subactioneq́ʒ longiori egent, quàm

quàm furfuracei quia omniũ tardissimè deijciuntur, & exigua mole plurimum ponderis habent. Neq; tam citò assari post subactionem, neq; tam cito ex clibano moueri requirunt. Ibid.

14 Panis homini neq; iuueni, neque exercitationi dedito saluberrimus is est, qui tum salis, tum fermenti habet plurimũ, quiq; maximè fuerit antequam assaretur subactus. Modus autem salis & fermenti sit is, qui gustui sensum tristem non inferat. Ibid.

15 Amylum, hoc est farina citra molam ex tritico facta, lotis panibus similem facultatem est sortitum, minus enim alimenti præbet, ut illi quã panes non loti, nec calfacit cùm cæteri panes calfaciant. Ibid.

16 Ex animantibus quorum natura ad gignendos bonos humores aptissima est, sues mediocris iam ætatis habentur. Ex pedestribus enim animalibus suilla caro, cibus probatissimus est, deinde hœdina, mox uitu-

lina. Porcelli uerò excrementis scatent, & agni mucosiores sunt. A cæteris igitur pedestris generis, meo iudicio, abstinent, qui sanitati ac boni succi generationi consultum uolet. Gal. de Euchy. & cacoch.

17 Volatilia quò sunt tenuioris substantiæ, eò magis bilem mouent præsertim si calori dominanti occurrerint. in 6. Epid.

18 Ex coctis carnibus assatæ potissimùm corpus solidant, ac post has frixæ reliquis omnibus magis elixæ. 4. de uict. in acut.

19 Cibaria quæ assentes homines manent, aut in sartagine frigentes, ea corpori siccius dant alimentum: quę uerò in aqua præcoquunt, humidius, quæ in patiis condiuntur inter hæc media sunt, quanquam inter se pro modo conditurae multum differunt. 3. de alim.

20 Animalium gressilium testes concoctu sunt longe difficillimi. Soli uerò gallorum gallinaceũ sunt, undequaq; præstantissimi & potissimi

eorum

eorum qui ſaginati ſunt. Ibid.

21 Caro eorum quæ in montibus degunt ob contrarias cauſas domeſticis eſt durior, nulliusq́ prorſus pinguedinis aut pauciſſimæ ob idq́ pluribus diebus imputris ſeruatur. Alimentumq́ exhibet minus excrementium, proinde & nutrit ualentius, & ſuccum gignit meliorem. Ibid.

22 Vinum mediocriter temperatum non ſolum humoribus quoque temperandis eſt aptiſſimum, ſed etiã calori naturali excitandæ & reliquis partibus confirmandis ſummeq́ bonum. in ultimo Aphoriſm.

23. Dulcia & nigra craſſos humores gignunt, tenuia uerò diſcutiunt urinamq́ cient fulna & mediocria, moderatè ſuccos temperant. 6. de ſanitat.

24 Vino ut utantur omnes, quib. refici corpus eſt opus, cõſulo: modo non febricitent. Eſto tamen id & aquoſum, & aſtringens leniter. Aquoſum natura appello, quod tenue eſt & purum minimamq́ aquæ miſtio-

nem ferens. Cauendum autem à uinoso est quod feriat uires imbecilliores. Rursus nouellum, tum aquosius tum imbecillius quodammodo est, quàm ut uino conueniat, adde quod ægrius concoquetur, ac magis excrementosum est. Antiquius uerò ut uinosius est, ita uehementius, quàm ut propositis gracillibus sit ex usu. 7. Methodi.

25 Hepaticis dolorib. si phlegmone absit nec intemperie calida uexetur; nil uino esse melius potest. siquidem & morbum coquit, & partē affectam afficit, & siquid humidæ frigidæ'ue intemperiei fuerit, corrigit. 8. de comp. med. secundùm loca.

26 Frigida ante cibum pota hepati & musculo noxia est, in Hippo. de natura.

27 Pessima omnium aqua est quę ex glacie aut niue liquescit: soluitur enim quicquid in ea est attenuantis uirtutis & crassitudine oppletur, ita ut nunquam postea aquam pluuiam æquare bonitate possit. in 2. Hip. de aqs.

28 Aquæ

28 Aquæ uitia pendent ex eius frigiditate omnia, cuius culpa & moratur in præcordijs diutissimè, & fluctuationes excitat, & inflatum uertitur corrumpiturq́; adeoq́; uentriculi robur resoluit, ut deterius proinde concoquat Sed nec digerendo per corpus alimento magnopere conducit. 7. Methodi.

29 Aqua fontana & recẽs alijs est præferenda. Quæ autem omnium optima est ea penitus non gustui modo, uerumetiam olfactui omnis qualitatis expers. Videbitur eritq́; iucunda gustui & celeriter pertransibit præcordia. Porro quæ ex petra ad septẽtrionem fluit, solemq́; auersum habet ægrè concoquitur & tardè incalescit, tardeq́; transit. Cuius ad orientem solẽ erumpit fons quæq́; per terram colatur, ea calefit & refrigeratur ocyssimè, omniq́; ætati utilissima est. 1. de sanit.

30 Aquam quæ celeriter incalescere & refrigeraret. meritò dixit Hippocrates, nam quantò tenuior, tantò

pati promptior erit, quę autem tenuior, minimum his imi terrestris. 1. de simpl. med.

31 Oxycrati potu æstate quidam refrigerantur & sitim extinguūt, cuius refrigerationis causa est aqua nō acetum, à quo ipsa tanquam uehiculo in partes digerit. Sic etiam si cum uino bibatur aqua efficaciusq́ sitis extinguat, quàm si sola, iudicādum est. Ibid.

32 Lac probatissimi succi habetur cum animal ex quo sumitur, boni habitus fuerit. Quare nonnulli pulmonis ulcere affectos, potionis tantum lactis curari putant, antea scilicet quam id ipsum ulcus uastius atq; callosum fiat. Sed præ cæteris lac muliebre probatur, tāquam familiarius, quod Herodotus & Euriphon, ab ubere sugendum, ita affectis consulue runt, quæ simul atque emulctum est, nōnihil naturæ bonitatis amittit. Galen. de Euch. & cacoch.

33 Scire autem oportet lac ex ijs, animantibus quæ boni habitus fuerint,

rint, boni esse succi, ex ijs uerò quæ deprauati non secus ac sanguis, qui in illis habetur cacochymum esse. Ibidem.

34 Thoricis & pulmonis partib. lac omne est utile, capiti uerò nisi, qs ipsum habeat admodũ firmum, non est commodum: ut neq; hypochondrijs, quæ læui de causa inflammatur plurimis, siquidem in uentriculo inflatum uertitur. 3. de aliment.

35 Lac triplici dissimiliq; substantia constat serosa, crassa & pingui ex qua fit butyrum, ex quibus camelinũ asinumq; plus serosi humoris, ouillum, plus caseosi & crassi, bubulũ, plus pinguis. Galen. de Euch. & cacoch.

36 Inter omnia quæ mandimus lac optimum, optimi succi est, nam quod uitiosum est, utentium corpora uitioso succo replet. 3. de alim.

37 Lac serosum etiamsi semper eo utaris, nil unquam adfert periculi. rarò enim in uentriculo huiusmodi cogitur, si ut primum mammis excidit,

calidum

calidum fuerit epotum. Quod si sal & mel adijciantur fieri non potest, ut unquam coagulatur. Ibid.

38 Nocet autem usus lactis assiduus tum dentibus, tum longiuis, has quidem humidas, illos putridos reddens. Sed occurritur huic malo si diluto, aut meraco uino, cui nonnihil mellis sit admistum: aut primò quidē melicrato, deinde astringente uino, os ipsum sumpto lacte colluat̄. Ibid.

39 Caseus omnis crassi, uetus mali succi est, recens uerò succi prauitate caret, qui quidem ex melle sumptus, aluum subducit. Gal. de Euch. & cacoch.

40 Olerum cibus omniū tenuissimus, sicuti & fructuum quorundam cortice duro cōstantium. At uires offendunt omnes & uitam miro usu breuiant. 5. in 6. Epid.

41 Ex cleraceis nihil est quod bonum succum præstet. Lactuca tamē in ijs, quæ boni maliq́; succi sunt mediocriter se habet. Post illam malua, post hanc portulaca attriplex, blitū, rumex,

rumex, cætera agrestiaque omnia uitiosum succum gignũt. Gal. de Euch. & cacoch.

42 Pepones, cucumeres, & melones nisi citissimè egerantur, succus in uentriculo putrefaciunt, non admodum à ueneno alienum. Ac cucurbita sola ex talibus fructibus culpanda non est, si tamen corrumpatur, uitiosum etiam succum facit. Ibid.

43 Radices olerum in se acrimoniam habentium, ut allij, cepæ, pori, raphani, & pastinacæ syluestris malũ succum producunt, sed ari, cariq; radix & rapi media in ijs, quæ boni praui q; succi sunt. Ibid.

44 Olerum radices omnium excrementitiæ & concoctu difficiles, aduersissimæ uerò rapę. his paulò minus bulbi omniũ pessimi, fungi. De atten. uict. Et paulò pòst.

Solæ itaque radices acres & calida sunt gustandæ, ut allia, cepæ, & radiculæ eæq; pro pharmacis potius, q̃ per alimentis habendæ.

45 Allium, cepæ, porrum, nasturtium,

tium,synapi,postilla,smyrnium,pyrethrum,origanum calamynthæ,sisymbrium, Pulegium satureia, thymum attenuantia sunt, uiridiaque omnia mandantur, exiccata uero non amplius sunt cibi, sed medicamenta. Ibidem.

46 Semina sunt suæ plantæ facultate similia,nisi quid magis tenuant sicciora'que sunt. Semen autem papaueris est herba ipsa præstantius, pauibusque tanquam innoxium permiscetur. Refrigerare autem ipsum signum est,quod caput grauat & soporiferum est.

47 Fructus qui horrhai appellãt autumnales omnes malum succũ gignunt. Ac ficus & uuæ passæ cęteris præstantiores, caricæ cum nucibus, & cum amygdalis præstantissimi etiam succi, reliqui arborũ fructus mali succi sunt, ijque potissimùm quos syluestres plantæ & arbores ferunt. de Euch. & cacoch.

48 Pomis bene coctis si quid uitij superest, semper minus eo est, quod

crudis

crudis inest. de atten. uict.

49 Palmæ fructus, id est, dactyli præcipuè caput feriunt, si largius sumatur: at reliquum etiã corpus crasso lentoq́ succo replent ob pinguedinem, & hepar obstruunt ob dulcedinẽ, quæ huic succo admista est, unde horrores & rigores diuturni. 2. de alimentis.

50 Capparis surculos uirides & teneros non aliter, quàm terebinthi mandũt in aceto simul & muria, aut solo aceto condientes, ad excitãdam autem appetendi uim & pituitam. Ventrem detergẽdam lienisq́ & hepatis obstructiones purgandas, ante alios omnes cibos ex oxymelitæ uel oxeclæo uti oportet.

51 Palmæ uerticem edimus & tenellas spinas elixas, aut crudas uoluptatis magis gratia, quàm necessitate coacti. Cæterùm omnia id genus & parcissimè nutriunt, & praui succi sunt productiua, 2. de alim.

52 Oliuæ quod quidem ad propositam dietam, id est, tenuẽ uictus

ratio-

rationem, attinet medium quodammodo sunt, medium quodammodo sunt edulium. Edunt autẽ homines has quidem (nempe caducas) cũ pane maiori ex parte, sine pane uerò quas halmadas & colymbadas uocant, idq́ꝫ garo profusus & ante alios cibos uentris subducendi gratia. Galen. de atten. uict. ratione, & 2. de alimentis.

53 Oliuæ halmadæ & colymbadæ succum astringentem habẽt plurimum, proinde stomachũ roborant & appetentiam excitant. 2. de alimentis.

54 Vuæ passæ cum alijs uuis eandem habent rationem, quàm caricæ cum in ficubus. Cæterùm ut dulces temperamento sunt calidiore, ita austeræ frigidiore, quæ quidem stomachum roborant, & uentrem constypant, & his multò magis acerbæ inter quas mediam cõstitutionem dulces obtinent. Inter eas autem præstãtiores sunt, quæ tũ pingues, tum cuticulam habent tenuem, quæ inuete-

ratæ

ratæ & pręuaceratæ, multò meliores redduntur. Ibid.

55 Optimum in pirrocholis nutrimentum est ptissana. Proximum alica cui paulum aceti admixtũ sit. Tertium, eadem sint aceto liquida non crassa aut lenta qualẽ nonnulli præpareãt ad similitudinẽ pulti. Itẽ in furno coctus panis utilis est cibus, sicut è piscibus saxatiles omnes, ex uolatibus optimi perdices, ac mõtani omnes passeres, &c. 8. Meth.

56 Excrementosa sunt omnia alimenta animalium, quæ exercitatione carẽt sicut & lacustria, & palustria omnia. Ibid.

57 In omnibus animalium cibis fugiendi sunt, tum uẽtriculorum, tũ recens editorum. Illi nanq; duri & cõcoctu difficiles. Si uerò nimiũ humidi & mucrosi. Ibid.

58 Cibi crassi glutinosiq; sunt Panis, qui nec fermenti, nec salis quod satis continet, neq; probè maceratus nec coctus: caseus omnis. Placẽtę ex caseo & melle cõfectæ: cochleæ oua

dura potissimum frixa. Pisces citacei ut thynni, Pelamides &c. fungi omnes præter boletos, qui sunt minores. Fructus arborum castaneis exceptis, quę si in uentriculo concoquantur etiamsi crassi sunt succi, nũquam tamen mali sunt. de euch. & cacuch.

59 Qui exercentur uehementius, ęstate cauere debẽt, ne ante exercitiũ comedant mora, aut pruna, aut cerisia, aut cucumeres, pepones, melones, cucurbitas aut similia. Qui uerõ ratione uictus utuntur pro exercitio balneum exhibebit, tum cibis boni succi, aut cum condimento paratis fruetur. Ibid.

60 Omnium saporum ualentissimè nutrit dulcedo, cui proxima est pinguedo. Cæterorùm uerò, ut quisque ad hanc proximè accedet ita maximè nutrit. 4. de simpl med.

61 Vinũ puero optimæ, id est, mediæ constitutionis, quàm diutissimẽ ea natura est. ne gustare quidem suasesim, quod humectet nimis, & calfaciat corpus caputq́ halitu repleat.

Qua-

Quare nec iam adultis, nisi modicē sumptum est utile, quanquam ad bilis excremento purgāda uel mitiganda est, sanè non inutile. 1. de sanitat. tuenda.

DE MEDICAMENTIS *ὑγιεινοῖς, id est, salubribus uel sanitatem conseruantibus.*

SECTIO XX.



Vtrimenta medicamētosis facultatibus prædita, curationi sunt aptiora, quàm quæ alēdi solum sunt habilia. His autem neq̃ utendum est simplicibus, sed cum aliĳs cōpositis, quæ ad substantiam eorum altricem magis accedant, quàm ad medicamentosam. 2. de uict. ratione.

2 Inuenta medicamenta salubria sunt, quæ tenuandi uim possident, quæq̃ obstructionem liberent. Quāquam horum frequētior usus, uel se-

rosum, uel biliosum, uel melancholicum, procedente tempore sanguinẽ reddit. Huiusmodi enim non solum incidunt & tenuant, sed etiam immodicè calfaciunt, ob idq; & solida mẽbra exiccant, & crassum humorẽ reddunt, quò in renibus asso, gignuntur calculi. Gal. de euch. & cacoch.

3 Deiectionibus alui grauioribus astringens uinum, calidis uerò manis aquosum, neq; uehementer odorum tribuendum. 2. de morb. acut.

4 Vini præcipuè dotes sunt, quod concoctionem horum imperfectam compleat, ut urinam ciat ac sudorem & somnum conciliet. 4. de sanit.

5 Reliquæ uinorum laudes, uitijs aquæ cõtrariæ sunt, inflata enim præcordia subsidere faciũt, nec inibi moram trahunt propter caloris mediocritatem. Digestionis uias aperiunt & nutrimentum celeriter deducunt. Præterea sunt boni succi & ad miscẽda coquendaq; ea quæ in uentriculo, & uenis consistunt idonea. Vires quoq; organorum adaugent, & expellen-

pellendis excrementis uiam faciunt.
7.Methodi.

6 Aquæ uitia præterquam quod fluctuationem in uentriculo mouet, & concoctionem impedit, sitim etiã in tussi excitat tantum abest, ut screationem efficiat, in bilem uertitur uentre uacuo pota, caput offendit hepar obstruit, & lienem. in 3. de morb. acutis.

7 Ptisana ex optimo ordeo confecta, ipsum p se satis absterget, ut hyssopo non magnopere egeat. Sin aliquando intendere uim eius uelis nõ mel, neq; piper admiscetur. Nisi ubi pectori & pulmoni curandis uti libuerit. de att. uict. ratione.

8 Hordeum ex quo conficienda est ptisana, aliquandiu in aqua præ macerandum, postea in mortarium coniectum usq; eo terendum re quadam aspera, dum is, qui in superficie est cortex abijciatur. Quod si non quicquid est paleaceum, deciderit, ptisana elixa quidem magis deterget, nullam autem aliam noxam accipiet.

cipiet. 1. de alimentis.

9 Lac quod ignitos lapillos, aut orbiculos ferreos extinxerit, uentrẽ ſiſtit & ijs auxiliatur, quibus uenter acrium excrementorum morſu infeſtatur. Facilè tamen ſic paratum lac in uentriculo cogitur ob idq́ʒ mel illi & ſalem adijcimus, & aquam etiam, quæ ſeri acrimoniam corrigit. 3. de alimen.

10 Prodeſt etiam abſceſſibus acrẽ mordentemq́ʒ materiam excrementibus. 10. de ſimpl.

11 Lac celerrimè mutari eſt aptũ, uticʒ genitalis ſeminis ritu, ꝙ nec ipſum aliquam diu extra uaſa propria, ut uires ſeruet, morari patitur. Propterea utiliſſimum, ſi ex ipſis mãmillis quis hauſerit. Gracilibus potiſſimum & ſiccatis muliebre, utpote cognatum, ſed quoniam pleriqʒ recuſant aſininum ipſis admota aſina, ut aſinis dari conuenit. 7. Methodi.

12 Lac omnẽ facultatem deijciendi alui à ſero habet, ſiſtendi à caſeoſa ſubſtantia. Quare plurimo ſero deij-

cien-

ciendam aluum ueteres usi sunt. Cui tamen mellis optimi, & salis adijcien dum, quantum citra stomachi euer-sionem suaue sentiatur. 3. de alim.

13 Ad crassos lentosq; humores attenuandos & expellendos, optimum est melicratum secundùm opy meli. Tertium ptisana. Quartum uinum suaue. 3. de morb. acut.

14 Idoneum uerò est in intemperie humorum, & si mulsa in qua incoctum sit absynthium bibatur. Nam id quoq; tenues succos, quicunq; uidelicet in ipsius uentriculi ore continentur, commode deorsum impellit. 7. Methodi.

15 Butyrum ex melle deuoratū distributumq; mire admodum prodest pulmoni, & lateribus phlegmone affectis, ut sputum moueatur, id est, pleuriticis peripneumonicisq; affectibus, cum hoc quod eos etiā concoquat. Digerit autem & concoquit, proinde & cataplasmatis indit̄, quæ extrinsecus imponūtur parotidibus hypochondrijs bubonibusq; 10. de simpl.

16 Sanè acetum non modo tenuium est partium, sed etiam non mediocrem reprimendi uim habet. Quo rationabilius profectò in principijs affectuum ipso utuntur rosaceo admiscentes. Procedente uerò tempore ad cerebri & membranarum phlegmonas etiam spondilij & serpilli, (quibus non iam modo partium tenuitas, sed etiã calor inest) admiscent aliquid, quò scilicet tempore transire ad ea, quæ concoquant & digerant, conuenit, atq; hæc utraq; ualentiora, quàm postulet ipsa pars affecta deligere: ceu uiribus eorum per ea, quæ intersunt ossa remittentibus cerebri, 11. Methodi.

17 Sanè & castoreo ad phlegmonas utimur, cùm tamen in alijs phlegmonis ei minimè utamur, quamuis etiam in summa sint inclinatione, est enim id calidius, quàm ut his sit idoneum. Phlegmonis autem capitis circa cerebrum, si iam inclinant est utilissimum, quoniã non continuò his, sed ossibus primùm interiectis occurrant. Ibid.

18 Ace-

18 Acetum matricibus & cæteris huiuſmodi partibus neruoſis, & inimicum propter refrigerationem, q̄ habet cum acutiſſima tenuitate coniunctam. in 3. de morb. acut.

19 Serapium ex aceto non niſi ualentibus uiribus præditis eſt propinandum, alioqui enim humores, qui per ſputum uacuari debent exiccat, effunditq; incidēdo quicquid in pulmone & pectore eſt craſſum uel lentum, ex quo hominem ſuffocat tandem 3. acut. morb.

Et paulò pòſt.

20 Vbi uerò modicè temperatum aceto fuerit os, & palatū emollit, ſputum promouet, ſitim extinguit, obſtructū hepar recludit & leniter purgat, bilem ex melle conflatam incidit flatus diſcutit, urinā ciet, materiamq; deorſum pellit quā ocyſſimè. In ſumma nullo incommodo afficit, niſi q̄ ſiquid ſæpius utatur, dyſenteriam parit. ibid.

21 Epileptico, oxymelite audacter utendum eſt, ex quo etiam capparis

ſumi poteſt, pauxillo olei inſtillato. Quod ſi acetum ipſum ſtilliticum fuerit, coxymeli longè magis iuuabit. Cæterùm ſi oxymel bibere puer uelit temperetur copioſiori aqua: & hyeme calidum, æſtate frigidum offeratur. Sic quidem præter cætera maximè ſitim ſedat. Conſil. de puero epil. Cæterùm acidiſſimum quartam ad mel aceti partē habet dulciſsimā octauam. Ibid.

22 Corpus exactè frigidum & ſimul tenuium partium inueniſſe fortaſſe non eſt. Nam acetum cum omnium (quæ nouimus) poteſtate refrigerantium planè tenuiſsimarum ſit partium, admixtam ſibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora quæ contingit ſiccat, quāuis ad imaginem ſit humidum. Quò fit ut ad eos affectus quos humectari & refrigerari expedit, ſolo eo non utamur, ſed tanto aquæ frigidæ admixto, ut poſsit bibi. 10. Methodi.

23 Quemadmodum nonnunquā ſerapium pro cibo ſic etiam ptiſanā,

pro

pro medicamento usurpamus atque utrunque in quibusdam sæpe morbis fecimus, in morb.acut.

24 Reperire etiam est medicamẽta, quæ cum una sint ipsa uires contrarias habeant, siquidem lapathi folia uentrem soluunt, semen uerò restringit, sic gallinaceorum iuscula: itẽ brassicæ soluunt, caro ipsa astringit. Aloë squamaque æris excrescentes ulcerum carnes astringunt, sumpta uerò per os uniuersum corpus purgãt. Lactis serum bibitũ soluit, caseus cohibet. Trifolium decoctum impositumque ferarum morsibus auxiliatur, si sanæ parti affricetur non secus, quã uiperæ morsus affligit. Præterea ueratrum coturnicibus, & cicuta sturnis, cibus, hominibus sunt pernities. Gal. de Theriaca ad Pisonem.

25 Quæ uehementer sunt austera & pontica, ut quæ uocantur præcocia & mespili, sorbi, &c. tenui uictus rationi sunt aduersa. Soli autem uentris fluxui, aut uentriculo stomacho/ue imbecillis conferunt. Galen. de attin.

attin. uict. ratione.

26 Medicamenta in suo genere odoratissima & flagrãtissima semper sunt eligenda. Cæteris qualitatibus, quæ sunt maximè temperata. 5. de com. med. secundùm loca.

Addit Moyses.

Asclepius (Hodie inquit) non proponamus helleborum album pituitosis corporibus, siquidem pręter uacuationem habet nimiam quoq; refrigerationẽ, sed pro illo, agarico utimur & similibus.

27 Non omnibus aquæ membris conferunt quælibet medicamenta, sed nonnulla certas partes iuuant, alia uitiant, ut lepus marinus pulmonem exulcerat. Cantharis peculiariter uesicam. Econtrariò iuuat affectũ iecur herba eupatoria, myrobalanus lienem, Saxifragon & betonica renes, &c. Gal. de Theriaca ad Pison.

28 Caricæ cum amygdalis obstructiones aperiunt, non tamen ita bonum succum præstant nutriuntq́;, ut cum nucibus commiscentur. Sunt q

cari-

caricas cũ nucibusq́ præsumptas ue nenis aduersari fateantur. Galen. de euch. & cacoch.

29 Vinum, lac, acetum, cum sale ebullita prosunt aduersus uenenum, uenenososq́ succos corpori nascentes. 6. in 6. Epid.

Addit Moyses.

Accipe illa non singula tātum per se, sed pro ratione ueneni composita sumi oportere.

30 Crudo succo refertis, quando præcordia turgent, & facilè quicqd sumpserint in flatu uertunt, non inutilè fuerit & lōgi piperis, aut albi, aut nigri aliquid dare, sed album supra reliqua aluum roborat, nigrum quod pondere præcellit, eligendum. 4. de sanit.

31 Lassitudini phlegmonosæ, si carnem uelit gustare æger, saxatiles pisces, uel oniscois ī albo iure (quod anetho, sale, oleo & porri exiguo in aquam coniectis conficitur) benè elixos dabis.

Additio.

Latitudo illa est tensiua cũ ex abū-

dantia

dantia sanguinis in thorace uel dorso, uel lũbis, uel capite, uel collo, uel toto corpore tensio pulsansq; dolor sentitur. Ibid.

32 Allium itidem flatus citra sitim resoluit, sed maiori uehementia, quã ciborum alijs quisquam. 2. Method.

33 Obstructio lienis aut phlegmone scirrhosa uehementiora ea tum, q̃ eximant, tum quę phlegmonem dissecent postulat. Nam quale medicamen est iecinori absynthium, tale est lieni capparis cortex. Quale rursus iecinori quod uocant eupatorium, tale est lieni scolopendrum. Itaq; etsi capparis ex oxymelite edatur, utilis sanè utriq; est uisceri. Sed lieni copiosior & ex minus diluto oxymelite erit utilior. 13. Methodi.

34 Infestissima est aloë uel lota, ijs qui citra uitiosos intemperie laborãt calida & sicca stomachi, etenim intẽperantiæ in humoribus consistentes pharmacis ipsas euacuantibus egerit, quæ uerò sunt in humoribus, penitus in tabem commigrant, ob phar

maci

maci hieræ picæ ex aloë constantis exhibitionem. 8. de comp. med. secũdùm loca.

35 Absynthium miscetur in pastillo Asclepiadis ad stomachi uoluulosas subuersiones, quòd habeat uim extergendi, repurgandi, & subducendi, uitiosos humores stomachi, quodque constringat & denset roburq; affectæ particulæ addat. Ibid.

36 Bdellium sufficienter concoquit emollitq; necnon moderatè discutit. Sic Therebinthia, sed præterea angustos meatus exterget expurgatq;, quibus rationibus utrunq; hepaticis remedium est. Ibid.

37 In nardo est non modica uis cõcoctoria omnium frigidarum uiscerum affectionum sita. In celtica autem minor quàm in rudica. Crocus uerò humorum crudorum est concoctionis, atq; item uirulentarum affectionum. 9. eiusdem.

38 Hiera confert ijs, qui ob uitiosos humores & prçcipuè biliosos tardè concoquunt. Siquidem quibus bilis

bilis altius tunicas uētriculi infestat, ÿ præstantius pharmacum non inueniant. 8. eiusdem.

39 Facultatum alexipharmacarū natura est duplex. Quædam enim alterant & conficiunt ueniam in corpore, idq; aut una qualitate ratione contrarietatis, aut duarū cōiungatione, aut deniq; tota sua substantia. Alia euacuant deleterum medicamen. idq; substantiæ similitudine aut caliditate subtilium partium. 5. de simp.

40 Omnia quæ deleterÿs aduersantur medicamentis si largius sumpta fuerint, grauiter animantis corpus offendunt. Quapropter ea moderatione exhibeantur, ut nec nimia copia corpus lædant, nec exiguitate sua à deleterÿs uincantur. Ibid.

41 Theriace utendum est post absolutam concoctionem, interdū quidem instar Aegyptię fabę, cum binis aquæ cyathis, interdum uerò auellanæ nucis magnitudine ex tribus aquæ cyathis, cùm plus temporis ad pharmaci distributionem es habitu-

rus. Galen. de theriace ad Pisonem.

42 Theriace prodest & sanis si crebro ipsam assumant ut conseruẽtur, nam hoc auxilio sępe succurrimus elephantiacis, nec minus ualet ad animi, quàm corporis morbos, quippe melãcholicis si sæpe exhibeatur, medetur bilem ipsam exhauriens. Item aquæ pauorem, qui morsos à cane rabido infestat omnium morborũ pessimum tollit, non modo epota, sed etiam admota cum rosaceo, & indita uulneri, ut cucurbitulæ instar unius exugat, & extrahat. Ibid.

43 Retulit mihi medicus quidam peritus, circa Antiochiam, morbum pestilentialem inuasisse magnũ mortalium numerum absumentem. Cui cùm cętera omnia minus efficacia experirentur medici, theriacam ipse apponi iussit, qua sumpta & morbo iã imfecti curabantur, & qui integri erant adhuc seruabantur. Ibid.

44 In cõfectione theriaces, bestiarum ex quibus fit capita & caudæ auferuntur, quòd in his partibus omne

carum uenenum resideat. Reliquū corpus euisceratur excoriaturq́ꝫ, omni adipe amoto, tum in fictili uase, cū aqua quantum satis esse uidetur, & germine anethi addito recentisq́ꝫ salis pauxillo coquitur carbone potius quàm ligno, donec facilè à carne sputæ amoueri possint. Tunc carnes ipsæ & uase exemptæ, cum panis purissimi medulla contunduntur ac leuigantur, & affuso insculi quantum uidetur, manibusq́ꝫ opobalsamo intinctis conficiuntur orbiculi, qui in umbra repositi, ad totius antidoti cō positionem seruantur. Ibid.

45 Crocodyli piscis puncturā apposito ex eiusdem substantia medicamento sanaui, item mustelæ & ferarum multarum, applicata ex ipsis decepta portione. Ibid.

46 Saporum calidorum quatuor sunt genera, dulcis, salsus, amarus, & acer, frigidorumq́ꝫ totidē astringens, austerus, acerbus, & acidus. Vnctuosus uerò mediæ inter utrosq́ꝫ qualitatis. 2. de simpl.

47 Acri-

47 Acrium quædam idonea sunt esui, quibus pro obsonio utimur, & dulcem quandam etsi obscuram qualitatem habent. Alia non eduntur, quæ aut mortifera sunt, ut ne gustare quidem audeas, ueluti cantharides & thapsia, aut simpliciter medicamẽta, quæ uel ex odore pugnantiam cũ homine indicant. Cicuta papauer mandragora, lycopersium & hyoscyani succus. Huius generis exedentes, urentes crustam molientes, & colliquantes sapores, si uel ipsi cuti imponuntur. 4. eiusdem.

48 Amara minimè putrescunt, sed sunt animantibus propè uniuersis esui inepta, cùm animal omne sit humidum. Absynthium autem usui est, quæ non solum amarum, sed etiam astringens. Ibid.

Quod amarum est nunquam fit odoratum. Siquidem generatio amari saporis ex dulcibus proficiscitur à calore extenuatis ac proinde amara calidiora simul & tenuiora sunt dulcibus. Ibid.

49 Exploráda eſt acidi ſaporis natura in exalide & oxylapatho, ut in quibus reperiatur maximè ſyncerus & ſimplex. Etenim quod propriè ſaporibus appellatur acidum, à ſola lingua percipi poteſt ſicuti & acræ. Sed quod utriq; cõmune eſt, nempe mordacitas etiam à tactu ſentitur. Sunt autem acida eſſentiæ tenuis & frigidæ, ut conſtitutio borealis, nec naſci ſine calore poſſunt, quemadmodum nec ipſe aër. 4. de ſimpl.

50 Sola dulcia omnia pro dulcedinis modo, calorem etiam protinus continent. qua circa eorum, quæ admodum dulcia ſunt, nullum eſt frigidum. Porrò dulcia omnia proximè accedunt, ad eorum quæ talia uidẽtur, idq; aut proprio calore, ut mel, aut acquiſititio ut ſũt ea, quæ ab igne preparantur omnia. At muſtum non ſolum ſuo, ſed etiam acquiſitio dulce eſſe uidetur. Et quæ inueterantur uina calidiora fiunt. Nam cùm primũ quidem dulcedinem quandam acrimoniamq; habeant, acrimonia cum tem-

tempore deposita dulcescunt, rursus uerò increscente acrimonia dulcedinem abijciant, & in dies amarescunt unde constat, dulce esse calidius austero, sicuti & dulci amarum. Ibid.

51 Acerbus sapor (qui est austerus) omnis est frigidus, nempe à frigore, sicut & acidus proueniens, sed magis terrenus quã acidus. Sentitur autem ab acerbo sapore lingua manifestè contrahi siccari asperariq;, quæ omnia unius frigoris sũt opera: exempla sunt in fructu ilicis, qui acerbus ad extremum perseuerat, item arbuti fagi & corni. Myrti uerò, puri agrestis & roboris acerbus est, simul & dulcis. Ibid.

52 Ego astringens, perpetuò frigidum comperi, nonnullaq; modicè dulcia aut amara, aut acria simul cũ astrictione sum expertus etiam aptè refrigerare. Porrò astringens idem uidetur significare, quod austerum, aut utriusq; commune genus esse. Sed falluntur, qui astringentia omnia refrigerare dictitant, siquidem chalci-

tis, chalcanthos & misij, ualenter astringunt, sed tanta caliditate, ut nos etiam exurant. 2. de simpl.

53 Salsa cognominamus, quæ linguam non contrahunt, neq; constypant, sed detergunt potius & abluũt, etiamsi astringentium quippiam admistum habeant. Ibid.

54 Aromaticum odorem inferentia omnia sunt calida & acria incidũtque & extenuant: humores uero quanquam non æquè ac mordicantia & rodentia, & insigniter calfaciẽtia. Gal. de att. uict. ratione.

55 Abstergunt siue acrimonia ualida hæc, facca farina, alicę aqua, lini semen frixum, lac ex ficubus siccis, id est, raricie coagulatum: sapa etiam rarefacit. At ualentius abstergũt hæc therebintina, thus, manna orobi farina, radices iridis & opopanacis. 7. de comp. med. secundùm loca.

56 Medicamenta emollientia uocãt medici, quæ indurata frigore corpora leniendo laxãt. Faciuntq; potissimum ad apostemata & huiusmodi affe-

affectus materia superfluam in se cō-
tinentes, quòd plurimum calfacere
ac coquere, & modicè siccare ualeāt.
In quibus affectibus maiore medica-
mento, quàm parti calorē esse opor-
tet, ut resoluere innatam duritiē pos-
sit. Huius uerò generis sunt. Ammo-
niacum, bdellium, ceratum, corussa,
colophonia, &c. 5. de simpl.

57 Inueteratum dolorem siue ex
humoribus sit, siue ex flatib. calidis,
uel frigidis, medicamenta calida pri-
mo gradu siue astrictione iuuant ma
ximè, cùm enim sint tenuissima ma-
iorem digerendi, & attenuandi uim
habent. 7. de comp. secundùm loca.

58 Putrefaciunt maximè, quæ ca-
lida sunt & humida, ut quæ hominis
in hoc temperamento sint similia. at
fotioni commodissima cum aqua te-
pida uel oleo mixta, & instillationi,
oleum mediocriter calfactum In far-
tiui uerò triticea farina cum oleo &
aqua.

59 Ad proritandam abundè uri-
nā medicamenta uehementer calida

potiſſimum conueniunt. Huiuſmodi ſunt. Semen apij, fœniculi, iridos, dauci, ſiſeleos. Ad calculum uerò diſſecandum, mediocriter calida, ſiquidem is ex uehementi calore & ſiccitate concreuit. Melius ea incidunt temperata radices aſparagi, uua paſſa & oxymel ſcilliticum. 5. de comp. ſecundùm loca.

60 Eodem genere qualitatis continentur, quæ lac gignunt, & quę mēſtrua mouent, & quæ urinam prouocant. Omnia enim ſicca ſunt pariter & calida, ſed non æquè, nam quæ lacti gignendo ſunt apta natura, ea mediocriter calfaciunt, nec ualdē ſiccāt. Quæ uerò menſibus ciendis, magis calfaciunt, ſed non magis ſiccāt, quæ ex his compoſita, urinas prouocant. 5. de ſimpl.

Huc pertinebunt ſimplicium in uſum uenientium gradus, qui ex Fuchſio, aut alio docto poterunt deſcribi. Moyſes 265. numerat, quæ corpus intrēt, & 20. quę tantum

tum extra adhibeantur, ex sentẽtia nescio cuius filij Euferi. Tutius uidetur hac in parte recentiorum & cùm præsertim ille ex Gal. non sumpserit nostrorum sequi ordinem.

61 Flauam bilem interdum medici pallidam uocant. Sciendum tamẽ est, flauam tantò esse pallida calidiorem, quantò & crassiorem. Nam seroso recremẽto flauæ bili permisto, pallidam constitui contigit, sicuti & flauam ipsam plusculum excalfactam consistentia reddi crassam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs, quæ magis sunt calida, quæ uerò minus, pallida. Et ubi calida illa aut famę, aut siti torquentur, ad atrum colorem uergit, interdum habent illum æruginosum, interdum cæruleum, interdum fuscum. 10. de simpl.

62 Vbi ulcus diuturnum fuerit ac multam saniem, & pus cõtinebit, sicciorem bilem adhibemus puta ouiũ,

quæ paulò est acrior suilla, hac etiam magis caprarum, cui adsimilis quodammodo est ursorum & boum: at taurorum his ualentior est, inferior uerò bile hyænarum, uolatilium omnes sunt acriores & sicciores quam quadrupedum. Inter ipsas quoq; uolucres gallinarum & perdicum biles ad medicinæ usum probatiores. Ibidem.

63 Humectantium refrigerantiumq; omnium simplicissimum optimumq; ad erysipelata, & pudendorum phlegmonas, inter initia priusquam aliqua subindicetur, putredo hoc ceratum est. ℞. olei rosacei ex omphacino, oleo citra salem confecti uncias 3. uel 4. Ceræ albæ, & elotæ unciam unam. Liquentur simul in uase duplici ac fiat ceratum humidũ, cui abundè refrigerato misceatur paulatim tantum aquæ frigidæ, quantum in se accipere possit, dum cum ea molliatur. Non debebit autem super ægrum corpus manere, dum manifestè incaleat, sed assiduè subinde mutari,

tari. 10. Methodi.

64 Agreſtis quidem allio comeſto uinoq́ ad ueſperam meraciori bibito, à dolore colico liberatus eſt, neque iniuria. Allium ſiquidem flatus diſcutit, ac minimũ ſitim infert. Quare ipſum Theriacen agreſtum appellare ſoleo. Eſt ijs omnibus commodiſſimum, qui regionem frigidam incolunt. 12. Methodi.

65 Quod inteſtinorum dolor ex craſſis ſuccis citra febrem exercet, ijs & allium eſſe, & theriacem bibere licet. Sin cum febri ſit, principio fauẽtum ſiccum ex milio, ſi ferant, adhibendum. Si ab hoc non quieſcũt, ſemen aliquod flatus diſſipans in oleo tenuium partium coquere, mox per linteum colare. Dein anſeris aut gallinaceũ ſemẽ, nec ſalſum, nec admodum uetus in ipſo oleo liquare, & p ſedem infundere. Ibid.

66 Cataplaſma ex caricis pinguibus dulcibusq́ue & decoctis confectum, cui aliquando hordeacea farina, aliquando panis ſyncomiſtus, id

eſt,

est, miscellaneus ex generoso tritico confectus adijcitur, conuenit tumoribus in quibus suspicio crassiores tenacioresq; humores impactos esse & difficulter ad suppurationem prouenit. 2. ad Glauc.

67 Farina hordeacea resoluit plurimum, sed triticea maximè ad suppurationem promouet. Si igitur resoluatur tumor, minus tamen quàm optes, cum caricis hyssopum & origanum simul coquere oportet. Deinde farinam ordeaceam detracto priùs furfure, insperge, & postquam plurimum ebullierit appone cataplasma.

DE

DE MEDICAMENTIS per se & ui sua operantibus.

SECTIO XXI.

1.



Mirum esse non debet si uiperarum capitib. & caudis p̃cisis reliquæ partes efficacius medicamen reddunt: Nã cęterorum quoque animalium plereq; partes multis morbis per se opitulantur. Veluti muriũ capita, quæ usta, ex melleq; illita alopeciam sanant. Quod idem & eorũ fimus ex aceto, & uiperina pellit redacta in pollinem, & cum melle imposita efficit Gal. de theriaca ad Cæsarem, siue in Pison.

2 Cameli cerebrum arefactũ seu exiccatum, potumq; ex aceto comitialibus morbis medetur, & mustelæ similiter: hirundinis uerò ad suffusiones oculorum, & ouillum ad dentitiones infantium cõducit, ut ad uacillantes etiam aliorum ceruinis cor-

nura-

nuramentum adustum cum uino tritum & circumlitum. Ibid.

3 Taurini cornu rasura, cum aqua pota sanguinis è naribus eruptionē cohibet. Item & fœmora combusta, ut sæpenumero aluum solutam. Ibidem.

4 Bouis talus ex lacte potus educit rotundos lumbricos ascarides dictos, ex oxymelite lienem incrassatū consumit, & attenuat, leucasq́ tollit, illitus mediocriterq́ uenereus existit Ibid.

5 Item terræ intestinum, id est, uermes terreni triti, & ex melicrato bibiti arcuato morbo, id est ictericis subitò auxiliant. Sic Scarabeus oleo ebullitus, uel frictus & aurium doloribus instillatus. Adeps anatis uel anserinus liquatus, oleoq́ rosaceo mixtus, phlegmonis, Hippopotami cutis, usta & lenigata ex aqua phymatibus digerendis: Cancer fluuiatilis tritus.

Illitusq́; spiculis & surculis extrahendis:
Alanda usta & comesta colicis,
Vaccini lactis potus dysentericis:

Testiculi castoris poti conuulsionibus,
Crocodili adeps partibus ab ipso læsis.

Milui caput absq; plumis combustum & quantum tribus digitis comprahendi potest bibitum, podagrę. Ibid. Vino imbecillo & aquoso seruando ne acescat. Stœbæ copiosa in calidissimam donum coniectæ. qua industria usus est, & pater meus. Infundebat autem, ut à scopo non erraret, uinum nouum non nouis uasis, sed ex quibus aliquod iam uetus uacuasset. 1. de antidotis.

6 Lapis phrygius crudus acerrimus ignitus & cum aliis quibusdam tritis fit oculorum præsentaneum remedium. de theriaca ad Pisonem.

7 Radix pæoniæ astringit estq; omninò resiccatoria, quare ex collo pueris suspensa comitiat, morbum sanat. idq; aut aliquem ex se fluorem p infantuli inspirationem immittens, aut aërem assiduè mutans, atq; alterũ reddẽs. Nam hoc succus cyrenaicus columellam phlegmone affectã iuuat, & melanthium frictum, palã catharros

tharrhos & coryzas desiccat, si quid id in calidum linteum rarum liget assidueq́ꝫ ex eo caporum p̱ inspirationem trahat in nares. 6. de simpl.

8 Si compluribus linis & maximè marinæ purpurę, quibus collo uipera iniectis præfocaueris, postea cuiuspiam collũ obuincias mirifice profueris, tum paristhmiјs, tũ omnibus ijs, quæ in collo pullulant. Ibid.

9 Stercus canis, qui solis ossibus fuerit integrum biduũ nutritus, durum cãdidum & minimè fœtens, exiccatumq́ꝫ & redactum in pollinem ad anginam, dysenteriam, & summæ inueterata ulcera accõmodatum est. Ad anginam quidẽ, ijs mistum, quæ alioqui huic affectui conueniunt, si soluentibus ad dysenteriam iniectũ lacti decoctum, & quod silices candentes, aut cylindros extinxerit. 10. de simpl.

10 Sic pueri stercus, triduam optimo pane nutriti & lupinis, ac uino modice diluto, quarto die exiccatũ, & cum melle attico ad leuorem tritum

tum illitumq́ꝫ, gutturis inflammationibus auxiliatur. Lupinum quod (si potest) non deciderit in terram uino albo, aut aqua temperatum, & potũ colicis qualibus hora si uacent phlegmone. Et iliis appensum uinculo ex lana ouis à lupo laniata aut ceruina pelle confecto.

Caprillum farina fabacea adiecta, & oxycrato induratis lienis aliarumque partium tumoribus, ustum uerò alopeciis & omnibus uitiis, quæ extergentia postulãt psorę, lepræ, licheni, &c. Eo etiam quidam medicus in agris utebatur ex aceto ad uiperarũ morsus aliarumq́ꝫ bestiarum ac profecto ex iis complures seruauit. Idẽ etiam spyrathos ipsas ad auriginem ex uino propinauit, & ad profluuiũ muliebre, cum thure apposuit.

Acrius tamen est medicamẽ quod mulieres urbanas aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne sanare possit.

Bubulum uesperũ morsibus, exiccat enim & attrahit. Et hydropicis

oblitum postea in sole expositum: Item phlegmonis, sed humidum ab herbis comestis accommodatius, quam à puleis.

Ille idem medicus ouillo utebatur acrochordonas mymecias, thymos, furũculos aceto uidelicet diluens. ad ulcerum ambustam cerato rosaceo.

Columbino, sicco, trito, & cribrato una cum nasturtij, semine uice napyos utar ad omnes inueteratos affectus, qui rubrificari postulant, coxendicem, hemicraniam, scotomata, uertigines, cephaleam, & laterũ scapulatrum ceruicis ac lumborum dolores antiquos, ad affectus cœliacos, podagras, arthritidas, quando in articulis nondum concreti sunt.

Gallinaceum tritum propinatũque cum tribus quatuor'ue oxycrati, aut oxymelitis cyathis, eos iuuat, qui à comestis fungis auguntur. Infirmus autem conclusarũ, quàm in agris pastarum pallinarum.

Anserinum præ nimia acrimonia inutile, ita etiam accipitrum, aquilarum

tum & ciconiarum. hæc omnia Gal. 10. de simpl.

11 Salina ieiuni uētriculi post probam concoctionem, nutrices pueris lichenas curant, paruum, uidelicet digitum rigantes, ac deinde cutem affectam confricantes. Ibid.

12 Triticum mādentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eo digerit concoquitq; cum si macerarent aqua, non æque prodesset. Ibid.

13 Maximè digerentem exiccantemq; uim (ut ferunt quidam) ossa humana obtinent. Noui siquidem numerantiū quosdam combusta illa potui exhibuisse, ac multarum sic epilepsiam & arthritim curasse. 11. de simpl.

14 Exuuium serpentis quidā cū in aceto bullitur scripsere dentium doloribus mederi. Ibid.

15 Albumen oui ophtalmijs, & ulceribus sedis ac pudendorum omnibus contumacibus. Vitellus maximè naturalis proinde ceratis minimè

mordicantibus miſcet, exiccat enim & mitigat. Crudum uerò totum roſaceo admiſtum palpebris, mammis auribus aliiſq; partibus inflammatis adhibetur. Ventris quoq; fluxionib. in aceto coctũ & eſum, Ambuſtis utiliſſimum protinus impoſitũ, ſiue albunem ſolum molli lana exceptum, ſiue totum cum uitello confuſum & commixtum. 11. de ſimpl.

16 Inteſtina terræ contrita neruisq; diuiſis impoſita mirum in modum ea prodeſſe eſt proditum. Præterea cum uino pota, urinæ mouendæ idonea. Ibid.

17 Acetum quæ ex incidentium ordine eſt diſcutitq; & repellit, ob exiguam quam habet ſubſtantiæ caliditatem, & ſummam frigiditatẽ, quæ tenuium tamen eſt partium idoneũ ad achores fauoresq; incidendos, & facultate ſua diſcutiendos ac repellendos. 2. de com. med. ſecundùm loca.

DE

DE DEFINITIONIBVS *morborum et quorundam quibus ambiguorum distinctionibus.*

SECTIO XXII.

I.



Epletio in uasis dicitur copia maior sanguinis quam fuit, qualitate nō mutata. Repletio in uiribus sanguis in affectū contra naturam mutatas, ueluti acrē mordentem crudum, &c. etiamsi nō sit eius magna copia. Gal. de uenæ sectione, & lib. de Repletione.

Addit Moyses.

Succus quem crudum & indigestū dicit Gal. lib. de plenitudine, ex quo hydropem hyposacrum ait fieri, is est quē sæpe alibi uocat, Phlegma crassum simile fabaceæ farinæ decocto.

2 Sanguis purus omnino in corpore nullus est, nam ei bilis utriusqꝫ & pituitæ semꝑ aliquid admixtum. Propterea cum sanguinis plenitudinem dico humorum quatuor reple-

tionem intelligo. de plenitudine.

3 Sanguis ærugineus appellatur, cui inest acredo quædam uenenosa, & substantiæ tenuis aquasitas. 2. in 2. Epid.

4 Chymos, id est, humor uel succus humidus propriè in animalibus. Chylus uerò in fructibus dicitur. in 1. de humoribus.

5 Humores plantarum duplices sunt. aut enim comprimuntur, ut in uuis, malis granatis, cydonijs & huiusmodi, & frondibus è quibus exprimitur succus, dicūturq; hi propriè chyli: aut ex ijs profluunt, quorum q subtilissimi sunt Lathrymę dicuntur, ut in ramulis uere succisis cernitur, q crassiores fæcus, uim liquatis, q deniq; iam spissi, Erumni liquor quidē non dissimilis lacti. Gal. in Timæū.

6 Sudor & uapor in hoc differunt quod sudor humida est ex humorib. exiccata substātia: uapor uerò fumus ex humore ipso resoluto. Gal. in lib. de resolutione humorum.

7 Cibus concoctus dicitur, ubi is secun-

ſecundùm qualitatẽ mutatus & particulis, quæ nutriunt aſſimilatus eſt. quæ actio etiam nutritio appellatur. Gal. de Euchym & cacoch. & de conſuetudine.

8 Bilem flauam medici ſolent ſimpliciter communi nomine bilem appellare, nulla coloris adiecta diſtrictione, cùm interim melancholiam ſemper atræ nomine dicant. ultimo de uict. ratione, in morb. acutis.

9 Membra & humores corruptos non cõtinuò putres appellamus, ſed ubi cum odore fœtido corruptio irrepſit, tunc putredinem ineſſe dicimus. 5. de ſimpl.

10 Si inſtrumentorum quibus reſpiratio fit, reſoluti ſint nerui, apnœa, hoc eſt, abolita ſpiratio, ſi uerò uocales nerui, aphonia, id eſt, uocis priuatio uocatur, at linguæ paralyſis etſi ſermonem uoluntatis opus omninò tollat, nullum tamen propriũ nomen obtinuit. 2. de ſymptomatum cauſis.

11 Ex genere arthritidis eſt, tum

ischias, tum podagra. Quod enim in omnibus articulis est arthritis, id in uno iuxta coxẽdicem quidem ischiada, iuxta pedem uerò podagram appellant. Incipit igitur plerunque podagræ generatio, ex uno articulo temporeque in omnes progreditur. Communem habent hi tres affectus redũdantiam humoris, aliquando quidẽ sanguinem, ut plurimum uerò pituitosi, qui propriè crudus appellatur. Differentia autem ex colore cognoscitur. 10. de comp. med. secundùm loca.

12 Morbi epidemiæ populares dicuntur uulgô, qui quibusdam gentibus, ut plurimum accidunt ex aëre, uel aquis, uel aliis nutrimentis quibus utuntur ipsi. Pestilentiales qui certis annis, ex iisdem corruptis. in 1. de uentis & aquis.

13 Phtisis seu tabes appellatur, quælibet humoris naturalis exiccatio, siue ea ex inflammatione partiũ solidarum, siue ex intemperie sit, sed propriè, quæ ex pulmonis ulcere nascitur

scitur

ſcitur ea tabes eſt. 2. in 1. Epid.

14 Matrix aliquando neruus dicitur, & uiciſſim neruus, aliquando uirile, uel muliebre pudendum. Conueniunt enim hæ partes inter ſe, intenſione, dilatatione, contractione, albedine, & ſanguinis carẽtia. Suntque pudenda compoſita ex neruo, ligamento, & tendone. 1. in 6. Epid.

15 Tabes ſimplex dicitur cum uniuerſi corporis partes ſiccantur, altera ũerò contrarietas, quæ inter calidũ & frigidum exiſtit, intra ſuos terminos manet. Qualis ſolet inedijs accidere tam eorum, qui ſponte inediã tollerant, quàm qui fame conficiuntur. Compoſitus uerò cum præter ſiccitatem, caloris uel frigoris accedit immoderatio: frigoris, ut in ſenibus uel ijs, qui affectum ſenectuti ſimili detinentur. Caloris, in febribus hecticis. Quocirca ſi tabes affectio eſt uniuerſi corporis neceſſe eſt, ut in tabidis, ipſius cordis corpus quod eſt principium animantis, areſcat. Galen. de tabe.

Moyses.

Fortasse(credo)attendēti, quę Galenus de rigore,tremore,horrore, & conuulsione præcepit, uidebuntur. Rigor & tremor uniuoca. At medici tamen uocant tremorem eū, qui ex uirtutis defectu fit, motum, qualis cernitur in ijs,qui onera grauiora ferunt,& sub pondere gemunt, aut ijs qui sublimius gradientes metuunt, & ijs qui ex longo morbo uacillant. Rigorem uerò dicunt, eum qui ex graui affectu neruo inhærente,& alijs quibusdam repugnantibus qualitatibus conficitur.

16 Functionis à uoluntatis imperio prodeuntis noxa est, neruorum, resolutio, conuulsio, tremor, stupor. Si paralysis totū corpus inuadat symptoma ipsum apoplexia uocatur.

Conuulsio pro uarietate particularū uarias appellationes habet. Mandibularum musculi,dicit̃ stridor dentium, oculorum peruersio,& strabilis eius,penis rigidi,gonorrhæa. Vniuersi corporis resolutio,epilepsia.

At

At stupor, imperfecta neruorum resolutio, mistaq; ex coëuntibus in unum, pugnantibus morbo simul & facultate.

Tremor, pugnantia facultatis cum grauitate, actio enim est uoluntaria, sed cũ facultatis imbecillitate facta.

Palpitatio est dilatatio præter naturam omni parti, quæ naturaliter dilatari nata est molli scilicet, ueluti musculo, uisceribus, corde & arterijs.

Rigor autem non uniuersi corporis, ut palpitatio & conuulsio, sed expultricis facultatis tantum. Motus igitur est compositus ex causa præter naturam & facultatẽ animantis, sed in quo uirtus, quã in tremore est uegetior. Gal. 2. de sympt. causis.

16 Hæmodia & torpor symptomata sunt factus. Hæmodia quidem dentium stupor, qui ob acidos acerbosq; cibos plurimum oritur.

Torpor autem in toto corpore cõtingere solet ex sentiẽdi mouendiq; difficultate affectus cõpositus. Torpescunt uerò nerui obstructi, uel im-

modica craſſitudine nutriti, uel uio-
lento frigore per frigerati, uel laqueo
uel manibus conſtricti, aut extrinſe-
cus à uicinæ partis phlegmone, uel
ſcirrho compreſſi, aut laxatis fractiſ-
quê oſſibus arctiores facti. 1. de ſym-
ptom. cauſis.

18 Aſperæ arterię pharmaca mos eſt appellare arteriaca. Vocant enim aſperam arteriam uiam illã, quæ ducit à larynge ad pulmones ex cartilaginoſis corpuſculis bronchis dictis conflatam, unde etiã tota arteria interdum dicitur bronchos. Organa igitur uocis cum dico, intellige, arteriam & laryngẽ, & pharyngem, ſeu epiglottida. 7. de comp. med. ſecundùm loca.

19 Inæquales pulſus ſicuti & cætera ferè omnia priſtinam naturã mutantia, quatenus æquam ſemper mutationem recipiunt æqualiter dicuntur mutari. Quæ uerò minimè parẽ, ea inæqualiter inæqualia uocantur. Vt Myuri pulſus, qui ſemper magis ac magis imminuuntur. Primò enim pul-

pulſus ſecundus eſt minor. Tertius ſecundo, quartus tertio & ſic deinceps. Μύουροιq́ quaſi imminuti ſumpto nomine à turbinatis figuris appellantur. 1. de differ. pulſuum.

20 Ex myuris pulſibus, qui perpetuò minuuntur nec minui deſiſtunt, donec ad quietem omnino recidunt motuq́ deficiuntur, eos deficientes μυούρους uocant, atq́ ex ijs rurſus, qui in quam ſemel paruitatem deſtiterũt hanc conſtantiſſimè ſeruant μύουροι ſtabiles dicuntur, qui uerò rurſus augetur μύουροι reciproci. Ibid.

21 Febris continens & continua homonyma ſunt, utraq́ enim ſynoches dicitur, quo nomine & ardens continetur. 2. de Criſib.

Moyſes.

Galenus ibidem compoſitarum febriũ duas facit ſpecies, inter quas, quæ ex tertiana & quotidiana complicantur, diuerſis horis inuadunt, q̃ uerò in totũ confunduntur certo eodemq́ tempore, de quibus etiam. 2. de febribus.

22 In-

22 Incoctas uocant pleuritides, quę cum febri acuta dolore laterum, ueluti intensorum, uel punctorũ spiratione frequenti, pulsu paruo, tussi magna, aliquãdo cum coloratis sputis, aliquando etiam sine his celerrime hominem rapiunt, uel lõgo temporis spatio finiuntur. Sed sunt alij etiam laterum dolores cum febri, & cum spiratione exigua, sed sine sputo, ut in ea re nihil à pleuritide sine sputo differant. Verùm discerni possunt, quòd in his nulla omnino tussis molestet illis pleuriticis sicca adsit tussis: Item hi neq; duritiem pulsus, neque tensionem, neq; perinde acutam febrim, nec adeò difficilem spirationem habent ut illi. Sunt etiam nonnulli, qui extrinsecus presso inflammato loco, dolere sese fatentur, atq; ij per sputum purgãtur minimè, quæ principio nil succi uitiosi ad thoracis spatium peruenit. At inflammatione concocta, nisi pus priùs discussũ fuerit ad cutim usq; attollitur inciditurq;. 5. de locis affect.

23 Ciuitates orientales dicuntur, quæ uerſùs orientem uergunt, quas Sol oriens illuſtrat & uentus orientalis perflat. Occidentales contra ad quas Sol non fertur uſqꝫ ad ueſperũ. in 2. Hipp. de uentis.

24 Tenues exiguæqꝫ puſtulæ per ſummam cutim excitatæ, & ſerpentes κεγχρίας ἕρπητας dicuntur, id miliares tumores exedẽtes. Si uerò craſſiores ſint & totã cutim ſubiectamqꝫ carnem, uſqꝫ ulcerantes ſerpunt ἕρπητες ἐσθιόμενοι, propriè exedentes herpetes appellantur. in 6. Aphoriſm. & lib. de tumoribus, cũ fluxio bilioſa. Hæc quidem magis acris, hæc uerò minus ſit ſciendum eſt ab acriori herpetem exedentem ab altera miliarem fieri.

25 Fiſtula ſinus eſt anguſtus & longus fiſtulæ in modum ad quẽ humores effluunt, ob eamqꝫ cauſam aſtringitur, & rurſum diducitur. Gal. de tumorib.

26 Carbunculus eſt tumor ex ſanguine tanquam feruenti, inflammationi

tioni

tioni propinquo, & cutim exurente excitatus quem bullæ præcedunt, & cum crusta fit, quemadmodũ in ambustis, acutamq; febrim infert, & uitam trahit in discrimen. Ibid. & 1. de febribus. Ex sanguine calidissimo, atram bilem referente nasci dicit.

27 Cutis quę secundùm naturam se habet laxa est, quapropter eius sicut & carnis media quædam spatia inania conspiciuntur: quæ cum implentur sanguine ex uasis quidẽ paruorum tunicas resudante, & in quacunq; carnis particula admodum roris permisto, fit tumor qui phlegmone appellatur. cùm uerò ob incũbentem cutim densam duramq;, pus ibi detinetur, aut humor alius principiò oritur, qui tẽporis processu excoriet, atq; à contentis continẽtia dispescat, abscessus dicitur. Porrò dum pus corpora excoriat, continentiaq; à subiectis diducit, ac deinceps eo utcunq; uacuato, quæ dissident inter se pristinam constitutionem nequeant recuperare, is affect9 uocat̃ sin9. Gal. de tumorib.

Ad-

Addit Moyses.

28 Abſceſſus nomen ſecundùm Hippocratem, ac de omnibus tumoribus dicitur, & in medicina ſic ubiq; uſurpatur, ut Galen. etiam 1. in 6. Epid. ait.

29 Scirrhus exquiſitus tumor eſt, præter naturam inſenſatus durusq; ita, ut curationem non recipiat, non exquiſitus, qui ex humore uiſcido craſſoq; & tenaciſſimè partibus induratis infixo ortus eſt, non omninò inſenſibilis, ſed uix curationem admittens. 2. ad Glauc.

30 Abſceſſus iam in medio carnis conſiſtens ita, ut membrum efficiat mortuum, nec punctionem, nec ſectionē, nec uſtionem ſentiens, Gangræna appellatur, denigratus, quòd ex ſanguine ſupra modum craſſo alteq; ipſi parti affectę impacto oriat. Curatur autē copioſa ſanguinis impacti euacuatione, ut reliquo exhibeatur tranſpiratio: & cute uniuerſa multis ſectionib. profundis, unà cū ſubiecta ſubſtantia multiſque ſcari-

ficationibus incisa. Ibidem.

31 Interdum miscetur erysipelas oedemati, diciturq; erysipelas oedematosam, quemadmodum ubi ex nimia refrigeratione durum ægreq; solubile est redditum erysipelas scirrhosum uocabitur. 14. Methodi.

32 Vocatur impræsentiarum scirrhus omnis tumor durus & indolēs, non tamen omninò absq; sensu: talis enim non est sanabilis. Ibid.

33 Vlcera præter modum maligna appello in quibus aut pars affecta, tā uitioso affectum est prædita, ut uel optimum sanguinem, qui nutritionis gratia confluit corrūpat, aut id quod influit adeò peruersum existit, ut etiamsi pars rectè se habeat ab ipso, tamen solo erodatur. 4. de comp. secundùm genera.

34 Distinguenda sunt cacoëthe ulcera ab ijs, quæ difficulter ad cicatricem perueniunt, cùm non omnia cacoëthe ulcera ægrè cicatricem admittant, id est, non sint dysepulotica. Porrò quæ ulcera ex humorum con-

fluxu, uel multorum, uel acrium oriuntur, ita tamen ut locus affectus influente humorem, quamuis bonum non sit corrumpere aptus, ea dysepulotica, hoc est, ægrè ad cicatricem peruenientia appello. Ibid.

35 Scirrhorum duæ species, una quidem ex lenta crassaq; pituita, altera ex fæce sanguinis, quæ nigra dicitur. Vtriq; autem cõmunia sunt, maior quam pro ratione naturæ tumor, tum dolore uacans, tũ durus & quãdoq; ex se gigni, quandoq; ex mutatione alius tumoris immoderatius refrigerati. Gal. de tumorib.

36 Cancri ex atra bile facti, si citra feruorem fuerint, cancri sine ulcere, sin acriorem eam esse contingit cancri exulcerati dicuntur. Ibid.

37 Omnes huiusmodi affectus & præsertim cancer ab humore melancholico oriuntur. Cæterùm ut à calidiori carbunculus, ita ab eo qui minus est, calidus oriri cancer consueuit. Cùm autem natura uasorũ, quæ ad sedem sunt referans uenam, huius-

modi humorem excernit commistũ sanguini: Hæmorrhois dicitur. Si uerò ad crurium uenas transmittit, uarices: Si denique ad cutẽ ipsam, lepra. Gal. de atra bile.

38 Si fluxio biliosa in aliquẽ partem decumbat, eaq́ ab exquisita bile procedat, quæ sit acus & cum erosione fiat, affectu semper proximam cutem inuadente, herpes exedens dicitur. de tumoribus.

39 Scabies & lepra melancholici affectus ad solã cutem spectant, quẽadmodum si in solis uenis & carne fiant nomen obtinent cancri. Ibid.

40 In hydropicis copia quidẽ materiæ eadem in regione aggregatur, aquosæ sanè in ascite flatuosa in tympanite, pituitosa in affectu, anasarca, & eo quem leucophlegmatiã appellant. Ibid. & in 4. Aphor.

Hydrops tympanites est, quẽ Hyppocrates hydropisim siccam nuncupat.

41 Oedema, tumor est ex tenui pituita, qui latior quidem, & longo ma-

ior est aneurismate, nisi quãdo grunnus adnatus coalitus ex aneurismate sphacelum, id est, syderationem efficiat. Sic enim uniuersam solidorũ, corporum corruptionem, ita ut ossibus quoq; insit, appello. Gangrena autem & ipsa solidorum corporum mortificatio est: uerùm ossa non corripit, maximasq; sequitur inflammationes. Ibid.

42 Differt inflatio ab œdemate, quod ille tumor sit laxus digitisq; cedens, utpote à pituita ortus. Inflatio autem maximè renitatur tangenti, sonitũq; uelut tympanum reddat, utpote à flatuoso spiritu in concauitatibus collecta orta. ultimo Methodi.

43 Propter humorum inopiam à quibus nutriri solent capilli, caluities accidit, propter uitium autem alopecia & ophiasis. Etenim læsa capitis pars serpenti similis in ophiasi apparet. Alopecias autem sic appellari ferunt quod frequenter uulpibus accidant. 1. de comp. secundùm loca.

44 Achores, tumores sunt præter

naturam, cum affecta particula foraminib. quibusdam tenuibus erodit, tenuiq; humore & modicè uiscido redundantibus. His proximè accedit cutis alia affectio, quæ κηριὸν Græcis, latinis fauus dicitur, foraminibus in eo maioribus, in quibus humor hymettio melli similis continetur. Ibid.

45 Achor ulcus est in capitis cute quod facilè conijcias pituitæ salsæ, & nitrosæ esse sobolem, ut à quo sanies quædam, nec aquosa simpliciter, nec ita ut mel crassa defluit cuiusmodi est in ceria seu fauo. de tumorib.

46 Glandulosarum partium inflāmatio ubi ad scirrhum peruenit, is affectus strumæ & choirades appellatur. Ibid.

47 Vbi indurantur testes, σαρκόκηλοι & Ramex carnosus dicitur, cùm autem in horū tunicis humor aquosus colligitur: hydrocele. Epiplocele autem & euterocele omenti, & intestini descensus est in easdem tunicas. Κυρσοκήλη, uaricosus ramex recens nomen in eadem parte dicitur quanquam

quam ueteres omnes turgentes uenas dixerunt uarices. Ibid.

48 Imaginatricis facultatis corruruptio & uniuersa exolutio catalepsis dicitur: functionis eius mediocris offensio & imbecillitas, delirium ac lethargia. Sic ratiocinationis exolutio amentia est, defectus seu imbecillitas, fatuitas, deprauatio, delirium. Pleruncꝙ siquidem in utrisque simul consistit delirium, tum parum probẽ imaginando, tum parum aptè ratiocinando. de sympt. differentijs.

49 Vt crassus pituitæ succus, ita melancholicus sanguis comitialem morbũ solet efficere, ubi in meatibus uẽtriculorum cerebri retinere, siue is medius sit, siue postremũ. Vbi uerò in ipso cerebri corpore abũdat, eam insaniæ speciem, quàm Græci uocant melancholiam, inducit. Quẽ admodum alter atrę bilis succus, qui præ assata flaua bile nascitur, ferina gignit delirameta modo cum febre, modo absꝙ febre, in cerebri corpore abundat. Atcꝙ hãc ob causam Phre-

nitis interdum est mitior, ubi à pallida bile ortum traxit, interdum uehementior ubi flaua bilis eam peperit. Deliria autem quæ per febrium uigores fiunt, non propria cerebri affectione, sed per cõsensum fiunt. Quãobrem sic delirãtes non appellamus phreniticos: quæ phreniticorum insania non quiescit mitigato febris dolore, sed ardentis febris symptoma, quod fit elatis ad cerebrũ multis uaporibus calidis. 3. de locis aff.

50 Veteres apoplexiam, lunam appellarunt, quia interlunio soleat accidere. Plato uerò dæmoniam tanquam diuinæ sedis, id est, cerebri affectum. 4. in Tymæum.

51 Tertium melancholiæ genus, ut epilepsiæ reperitur quod, ortum à uentriculo suscipit, solentq; medicorum nonnulli hãc dispositionem hypochondriacum flatulentumq; morbum uocare. Cuius morbi causam calorem immoderatum uenarum mesaraicarum, obstructionemq; earundem à crasso sanguine ortã Diocles assi-

aſſignat. Comituntur eum ructus acidi & flatus, & æſtus, uentriculi uehementes dolores, mœſtitia & metus, &c. Ibid.

52 Cæphalea eſt capitis dolor diuturnus, difficulterque ſolubilis, qui à parua occaſione uehementes poſſidet acceſſiones, ita ut qui eo torquētur, neq; ſtrepitum, neq; uocem, neq; luminis ſplendorem, neque motum perferre poſſit, ſed tranquillitatē obſcurumq; cubiculum quærit ob doloris uehementiam. Ibid.

53 Si quando tota anterior cerebri pars afficiatur ſupremū eius uentrem, & cogitandi quoq; actiones uitiari neceſſe eſt. Proinde nec ſentit, nec mouetur homo, ſpirandi tamen facultas in eo non leditur. Vocaturq; hic affectus Caros ſiue ſopor. Qui ſi uehementer ſpirationem opprimat, Apoplexia nominatur. Fit aut ſapor (authore Hipp.) affectis muſculis tēporum atq; in acutis morbis. In medio eſt Epilepſia conuulſionem uniuerſo corpori inducens, ſed in para-

lysim non desinit. Horum trium morborum frigidus crassusq; , aut omninò uiscidus humor causa est. At in sopore anterior pars magis, in apoplexia & morbi comitiali utraq;. In Catalepsi & uigilanti sopore posteriora cerebri magis læduntur. 4. de locis affect.

54 Cùm omnes pariter nerui, tum sentiendi, tum mouendi uim amiserint, affectus apoplexia dicitur. Vbi uerò alteri lateri, aut dextro, aut sinistro id accidit, resolutio nominatur eius, scilicet partis in qua consistit affectus. 3. eiusdem. Potissimum autē dicitur resolutio neruorum ubi motus deperditus est.

55 Conuulsio pro uarietate particularum uarias appellationes sortitur. Nam si mandibularum musculi conuellantur, stridor dentium, si oculorum, peruersio & strabilismos. Si rigido penè semen effluat Gonorrhea. Si inspirationis organorum, singultus. Si uniuersi corporis epilepsia 2. de causis symptom.

56 Id quo tangente afficimur, & quo ſeparato quieſcit affectus, cauſam eſſe ipſius affectus omnibus in confeſſo eſt. 1. de locis affect.

57 Poſt ſummi uigoris tẽpus ſępe quidem nulla fit criſis, ſed paulatim ſoluitur morbus, longo tempore cõcoctionem recipiens: huiuſmodi ſolutionem abſolutè criſim non nomino. Si qua uerò confertim fiat permutatio, & multò magis adhuc agitationem quæ illam præcedit ita appellare conſueui. 1. de Criſib.

58 Quoniam quo die morbi naturam quis poſſit cognoſcere oſtendimus ſciendum eſt, diem per totũ ſermonem noſtrum in ea ſignificatione accipi, ut non ſolum lucem, ſed etiam noctem complectatur. Sicuti & menſem ex triginta diebus conſtare dicimus, & annum trecentis ſexaginta quinq;. 2. de Criſib.

59 Vt igitur recta propriaq; nominum appellatione utar, afficitur quidem caput, quando condoleſcit uentriculo. Aegrotat uerò, quando proprio

prio morbo laborat. Similiter uentriculũ affici dicimus, ubi à uitiosis molestatur humoribus, ægrotare uerò aut per intemperiem propriam, aut ulcus, aut inflammationem, aut abscessum. 1. de locis. aff.

60 Parenthyma est trãsfusio, quæ impręsentiarum molem carnis pinguitudinisq́; significat. Gal. de plenitud.

61 Quæ ulcera omnibus ritè decenterq́; factis non sanantur, ea medici cacoëthe, hoc est, maligna contumacia rebelliaq́; nuncupant. 5. Methodi.

62 Diariæ febres, nisi rectè tractẽtur in putridas & hecticas transeunt. Putridas enim appello, quę ex humorũ putredine: hecticas uerò quæ ex immodica solidarum partium nascuntur calfactione. 9. Meth.

63 Obstructio ex crassorum glutinosorumq́; redundantia orta est, q̃ morbus instrumẽtalis existit, eorum quę obstructa sunt corporum. 11. Methodi.

64 Con-

64 Contemnere quidem nomina oportet, sed non scientiam rerum cuius rei non ignarus Hipp. ait: Medicina appositio est & detractio deficientium appositio, redundantiũ detractio. Ibid.

65 Exercitationis epileptici scopi sunt, ut priusquam fatigetur quiescat & corpus calefiat. Quòd si ultra hos terminos producatur nonnihil iam attingit solida corpora, atq; habitudinem ipsam colliquat. In articulis autem potissimum atq; in musculis colliquationes fiunt, unde uirium infirmitas sequitur: deinde ulcerosus sensus quando æger conatur mouêre aliquam particulam. atq; id est, quod lassitudo appellatur. Galen. in cõsil. pueri Epileptici.

66 Si exquisita utamur nominum appellatione, quod mediũ in singulis est, id εὔκρατον siue temperatum dicemus. Quod autem ab huius recedit modo si ad calidius, tum plus, tum minus calidum, sin ad frigidius, plus uel minus frigidum, & sic de

cæte-

cæteris. 3. de simplic.

67 Emplastica medici appellant, quæ citra morsum deijciant, & caloris ac frigoris mediam constitutionẽ habent, qualem præbet sensum aqua omnis qualitatis uacua terrestrẽ, aut terræ ad frigidius paulum inclinantem, cuiusmodi est cera elota, ex melle aquasiori, & minimè mordaci. 4. de simpl.

68 Quibus arctiora sunt crura, quàm ordo naturæ postulet magna ex parte fiunt uatij, Vari autem quibus magis curuata. Voco enim uatium, cui in exteriorem partem crus uertitur: uarum cui è conuerso. Gal. de caus. morb.

Sicciores particulæ dicuntur, quæ minus carnosę sunt, cuius generis circa digitos, articulosq; habentur: præterea quæ circa aures, nasum, oculos, dentes, atq; ut semel dicam ubi crebrę cartilagines, & membranulæ, & ligamenta, & ossa, & nerui adsunt. Adeps uerò & caro uel omninò nulla est, uel perexigua. 4. Meth.

69 In-

69 Inhęrens corneæ membrana si phlegmone sit obsessa, etiam ex accidenti potest impedire uisionem, quę affectio dicit͂ ophtalmia. At chymosis & unguis nō ex accidenti, sed primaria ratione pupillam ipsam obscurant, quemadmodum genarum ingentes tumores præter naturam. 4. morb. & sympt.

70 Proptosis est unciæ membranæ procidentia ab erosione ruptioneúe corneæ contingens. Hypopius est quando pus sit cornea nunc altius, nūc in sumo colligitur. Et, Trachoma interna palpebrarum scabrities, & asperitas. Et, Psorophtalmia, pruriginosa, palpebrarum scabies cum robore, & pilorum defluuio. Ryas carunculæ circa maiorem oculi angulum imminutio. 4. de comp. per partes.

71 Aegilops est inter nasi os, & maiorem oculi angulū, paruū quoddā exiguo abscessui persimile tuberculum cui nisi naturæ occurratur, in fistulam abit ad os usq;. 5. eiusd.

72 Suf

72 Surdastri sunt, qui exiguas quidem uoces omninò nõ audiunt Magnas autẽ uix percipiunt, quod symptoma paulatim progressu temporis augescens perfectam surditatem inducit. 3. eiusdem.

73 Ex genere tumorũ præter naturam est Polypus in naribus, Ozenæ uerò ex genere ulcerum. Ibid.

74 Vlcerationes oris superficie obortas aphtas appellant. Habentes quippiam igneę caliditatis. Fiunt autem plurimum pueris lactentibus, quum aut uitiosum fuerit lac nutricis, aut non probè ipsum concoxerit infans idq; sine putredine, cum uerò putredo accedit depascentes uocat. 6. eiusdem.

75 Pars illa, quæ cum faucibus asperam arteriam cõnectit, & quæ sursum nobis transglutientibus fertur, cuiq; uocem aspera arteria parat Larynx uocatur. Primum & principalissimum uocis instrumentum, uas autem quod à faucibus in pulmonem descẽdit aspera arteria, & Bronchris dici-

dicitur. 5. de usu partium.

67 Cùm gutturis musculi inflammantur is affectus angina dicitur, cuius genera sunt quinque. Primum ubi inflammantur fauces, hoc est, internus oris locus, ubi & gulæ, & gutturis partes extremæ coëunt. Secundũ ubi nec fauces, nec reliquæ oris partes, nec etiam externarũ partium ulla inflammata uidetur. Laborans tamẽ suffocationis periculum, in gutture sentit. Tertium ubi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quartum ubi gutturis partes tam externę quàm internæ inflammatę uidentur. Quintum cùm ad anteriores partes colli luxantur uertebrę. 3. de locis affectis.

77 Qui citra febrem densè respirant ob id symptoma dicuntur asthmatici, id est, anhelosi, & orthopnoici, quòd thoracem recto spirare cogãtur metu suffocationis. Cuius causa est coarctata interna capacitas ipsis præter naturam, purulentis ob collectum inter thoracẽ & pulmones, hu-

morē Peripneumonicum ob pulmonis inflammationē. Angustia autem spiritus fit, quum humorum crassorum & uiscidorū multitudo pulmonis bronchijs fuerit impacta, aut tumor abscessui similis in ipsis constiterit. 7. de com. per partes.

78 Concoctio tota corrupta, & in alienam qualitatem conuersa dicitur cruditas. Cum uerò remittitur appetitrix functio, abolita appetentia. Et ubi excremēta ipsa expellere partes similares nequent, aut languidè, aut perperam, hoc est, citius uel tardius, quàm animali expediat. Intestinorū uitium dicitur. 3. morb. & accido.

79 Deprauata fit appetentia si uehementiæ modū excedat, uocaturq́; à nonnullis canina, ubi uel ob acidi humoris uitium uentriculus mordicus infestatur, uel dum totū corpus exhaustum assidua nutricione indiget. 4. eiusdem.

80 Os uentriculi nonnulli hodie communiter stomachum nominant, quam partem olim frequentius cardian,

dian, hoc est, cor appellabant. Vnde uox caldialgia est deducta, quæ minimè quidem cordis, sed oris uentriculi dolorem & mordicationem significat. Fiunt quippe in ipso tũ morsus, tum inexplebiles fames, tũ nauseosæ dispositiones, in quibus omnibus communiũ attingentium pharmacorum usus iuuentus est, ad mista autem plerisq; ipsorum sunt excalfacientia simul, & resiccantia. 8. de cõp. per partes.

81 Affectio hepatica peculiariter appellata, ueluti cœliaca, stomachicaq; citra tumoris præter naturã circa ipsas partes ortum contingit. Siquidem quum citra manifestum aliquod in uiscere malum, in actionib. proprijs languescit hepar, tunc ægrũ uocant hepaticum. Ibid.

82 Lienosi sunt seu splenetici quibus induratus est lien, sanguine nimirum in uenis ipsius obturato, & ob crassitudinem, nec excerni, nec discuti ualente. 9. eiusdem.

80 Verè dysenterici sunt, quod nul-

la alia infeſtat affectio præter ulcus inteſtinorum, aut nudum, aut cũ putredine, quod νομὴν eroſionẽ uocant. Ibid.

84 Lienteria eſt frequens cibi non dum concocti lapſus. Diarrhoia uerò copioſius liquidorum excrementorum ſiue exulceratione, & inflammatione fluor. 4. in 1. Epid.

85 Dyſenteria inteſtinorum ulcus eſt, cuius initio bilis mordax excernitur, quam deinde interaneorũ abraſiones ſequuntur. Poſtea uerò paulum cruoris deijci ſimul uidetur, quando uidelicet ipſe affectus iam eſſe dyſenteria cẽſetur. 6. de locis affectis.

86 Dolor ille acerbiſſimus quem ileon, uoluulum & chordapſon uocant, ſublimiores inteſtinorum partes infeſtat, adeoque ob mordendi uim impellit ad uomitũ, ut nonnulli ſtercus per os reddentes, miſerrima tandem morte moriantur. atq; uix aliquis unquam euadere potuit. Vbi autem in huiuſmodi affectib. mate-

tiæ

riæ minimè mordaces existunt. Lienterias cœliacas nominant. Intestinorum imbecillitate idem quod illi patientes, quæ retinere contenta ne exiguo quidem tempore possunt. Ibid.

87 Vlcera quæ in recto intestino oriuntur Tinesmos uocant, quæ uehementi quidem tensione, & prompta deijciendi cupiditate infestant, paucis admodum sequentibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitosa & pinguia, progressu uerò tẽpus etiam ramenti specie deijciunt. Ibidem.

88 Profluuium urinæ quidã diabetem, alij matellæ hydropen, alij dipsacon uocant, quòd ex morbo affecti inexplebili siti uexentur. Quare & exuberanter bibunt, & totum redunt minimè à qualitate mutatũ. Est autem hic renum uesicęq; affectus, similis uentriculi & intestinorum lænitati, id est, Lienterię. Ibid.

89 Os matricis & collum matricis, idem significat: Dicitur enim caput colli illius os, quemadmodum id

quod propriè os est, dicitur collum. in 5. Aphorism.

90 Mola est caro quædam informis, in utero ex tumoribus toto genere præter naturam existens.

91 Medicamenta Polychrista dicuntur, quæ ad multos usus sunt utilia, ex cõtrarijsq; pharmacis constãt, non tantũ iuxta primas qualitates, calid. frigid. humid. & siccit. sed etiã iuxta secundas ex his compositas. 5. de comp. med. per genera.

92 Medicamenta quæ cutis meatus reserũt, ea rarefacientia dicimus, natura quidem modicè calida minimeq; siccantia, & tenuium partium ut chamemelum, althea. Quæ uerò uasorum oscula, aperientia, natura, crassa, acria & mordacia, ut sunt allia, cepæ, fel, &c. libr. 5. de simpl. medic.

93 Quod emplastico contrarium est, dici queat repurgans & infarctu liberans: estq; nec uiscidum, nec mordacitatis expers, sed subtile & nitrosum, nam in ratione tantum maioris

& mi-

& minoris differunt, tum emplastica ab ijs, quæ sordes nutriunt, tũ repurgantia ab extergentibus. Quæ enim poros obstructos reserant, subtiliora sunt extergentibus, & emplasticis cõtraria. 5. de simpl.

94 Emplastica sunt, quæ terrena uiscidaq; substantia minimeq; mordaci prædita, meatibus corporis illita tenaciter hęrent. Ibid.

95 Quæ uerè putrefacientia dicũtur, calida simul & humida sunt, colliquareq; possunt, potissimum carnẽ tenellam absq; dolore auripigmentum (quod arsenicum uocant) chrysocolla, dryopteris, pityocampe aconitum & Sandaracha. Ibid.

96 Nuces regiæ dictæ, sunt quæ uulgò habentur. Minores uerò & tenuiores sunt, quæ alio nomine Ponticæ, uel auellanæ dicuntur. 2. de alimentis.

97 Panicum uocarunt ueteres melinen, cuius generis est milium. part. 6. de Euchym.

98 Pinguedo humida quædã res

est, oleo longa uetustate incrassato assimilis. Adeps uerò pinguedine multò est siccior, ideoq; fusus ac liquefactus concrescit facilè, 3. de alimentis.

99 Lac cui butyrum est sublatum, ubi acescit dicitur oxygala. Ibid.

100 Oua diu cocta, dura appellãtur, quæ uerò mediocriter tremula seu mollia, quæ minimum sorbilia. Ibid. & part. de euchym.

101 Melicratum est mel cum aqua coctum, alio nomine mulsa dictum. Ibidem.

102 Veteres corruptum dicunt, quod in aliam substantiam & speciẽ mutatum est, ut unum in acetum, & trabes in cineres, &c. 2. in Timæum.

DE QVIBVSDAM NAtura miraculosis rebus apud medicos lectis,

SECTIO XXIII.

1.



Oannitius quidam (inquit Moyses) Hippocratis librum de doloribus mulierum transtulit, exposuit Galenus. Ibi miranda quædam leguntur ex quibus hoc unū est quod credo ab alio quodam postea adiectum fuisse. Quod eclypsi Solis magna in Sicilia facta, mulieres eodem anno monstra duorum capitum pepererint, & mēstrua per os uomuerint.

2 Semen in utero augetur non minus quā in sinu terræ, & quicquid augetur nutritur. part. ultima de significationibus.med.

3 Galenus ægroti cuiusdā cui nō acciderat uti dixerat crisis, cum causam indagasset, & domum frigidiorē deprehendisset, statim ea excalfacta

crisis per sudorem accidit, part. 6. de examinatione med.

4 Galenus puerũ Marylli cuiusdẽ mimographi pectore ad sternon in palestra percussum, & negligenter à primo medico usq; ad quartum mensem curantũ, cum iam ille aperuisset thoracem, ut pus natum in parte lesa tolleret, nec successisset, aduocatis omnibus medicis in quib. erat Gal. ut huic affectui prospicerent, cumq; cæteri non auderent aggredi ad excidendũ ne (ut aiebant) fieret σιώτρησις perforatio Thoracis. Galenus nudato loco, uidens nil aliud ex sterno affectum esse, quàm quod primum apparebat os cordis, eo loco in quo nascitur Pericardij, uelut apex: nudo corde apertè uiso, quæ iam putrefacta erat pericardij membrana qua tegitur, audacter coram omnibus excidit, & puerum paulò pòst sanauit. 7. Anatom.

5 In Ionia uidimus quendam adolescentem uulnere, in alterum anteriorum cerebri uentriculum accepto fuisse

fuisse superstitem, qui ne minimum quidem temporis potuisset uiuere, si uulnus utrunq; uentriculum simul uiolasset. 8. de us. part.

6 Ego aliquando monitus p quędam insomnia, secui dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem sectam, permisiq;, ut inde flueret sanguis, donec sponte sisteretur subitoq́ue mihi extinctus est diuturnũ dolor, qui in illa parte erat, qua iecur septo transuerso committitur. Et minister Dei Pergami à cruciatu lateris similiter liberatus est, arteria in summa manu monitu diuisa. part. 6. de uenę sectione.

7 Quæ unà cum lotio excernũtur pilis similia, probabilius uisum est mihi, ea in uenis, quam in renum capacitate gigni, idq; ex crassa lentaq; materia, quam calor calfecit, exiccauitq; quemadmodum in quibusdã locis Arabiæ, an ferunt in tibijs nasci δρακόντια (sic enim uocant) neruosas partes lumbricis, & colore & crassitudine similia. 6. de locis aff.

8 Præ-

8 Præter has,(urinarum ſcilicet)fiunt etiam aliæ purgationes, ſed rarō ut cum thorax, & pulmo per aluum purgatur, quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt partes per urinas. Vidimus etiā nos pulmonis uomicam expurgari per urinam reiecto uidelicet pure de pulmone per lęuem arteriam. In ſiniſtrum cordis uentriculum, & à corde per magnum arteriam ad renes, unde poſtea per urteras ad ueſicam delatum eſt. Ibid.

9 Hepar ſuillum cum quidam forte ab urbe rediens ſuper herba quadam collocaſſet, ac dum uentrem exonerabat, diſſolutum uidiſſet eſſe, ex ea capiens, & ad ſolutionem uentris utens multos interfecit, qui cū à magiſtratū captus, & quæ eſſet, aut ubi creſceret interrogat, nil reſpondit aliud quàm eſſe illius magnam copiā ubique. part. 6. de medicamen. purgantib.

10 Abſceſſus inciſi omnimodam ſpeciem humidorum ac ſolidorū corporum intus habere apparent, uelu-

ti lu-

ti luti, lapillorum unguium. Pultis in atheromatis, mellis in meliceritidibus, sevij in steatomatibus, & non rarò etiam animantium omnibus ferè, quæ ex putredine ortum habent simillimarum. part. 6. de tumorib.

11 Accidit nonnunquam ut ex cerebro ad pulmonem humores quidã superflui delabantur, & à pulmone ad testiculos ob uinculum naturæ, quod utrasq; partes spiritus & generationis complectitur. in 1. Epid.

12 Sanguis ex uenis ad cutem profluens, colorem facit melongianum. 4. in 2. Epid.

Addit Moyses.

Hæc uerba (inquit Rodoan) ostendunt, Gal. hunc colorem cognouisse cuius tamẽ nusquam alibi meminit. Ego uerò credo Gal. non uidisse, sed nigrum & rubeũ scripsisse, quod noster barbarus interpres uertit melongianum.

13 Venę sectio tremore correptis, hydropicis & huiusmodi nonnunquam præcipuè confert, ubi scilicet ex obstructio-

structione uenarum ani, aut matricis sanguis suppressus, ultra consuetudinem autem calorem naturalem plenitudine sua suffocare potest. Ibid.

14 Galenus mulierem ab octo iã mensibus menstrui suppressionẽ patientem & extenuatã, sanguinis missione (uidebat enim uenas eius nigras & planas) primo die ad libram unam, & iterum secundo tantũdem & tertio ad uncias octo repetita sanitati restituit. 3. in 6. Epid.

15 Pubescẽtes & iam sperma mittentes si testiculum dextrum sinistro maiorem habeant, masculos gignũt, sin dextro sinistrum, fœminas. Idẽq; in mammillas adolescentium puellarum iudicare licet. 4. in 6. Epid.

16 Pruritas, tussis, sternutatio, singultus, & huiusmodi leues affectiones quiescunt, si spiritus cohibeatur. in 1. de humorib.

17 Qui primùm ophtalmiam cõspicit, cum ante nũquam uiderit, humidi ei fiunt oculi, & si intuendo persistat, eandem patitur. Sic qui oscitantem

tem aut mingentem, aut cacantem, aut membra extendentem uidēt, eodem desiderio plerunque afficiuntur. part. 6. de motu necessario.

18 Sedentes quidam dormiuerūt & deambulantes nonnulli, ob musculos membra sua, figura quadam inter extremã & mediam conseruãtes. Id quod mihi olim contigit, qui fermè stadium integrum dormiendo peregi. 2. de morb. musc.

19 Tredecim diebus mente quendam carētem uidi Romæ, qui Athenis iacere se existimabat: puerumque sæpe uocans, iubebat adferre, quę ad exercitationem erant opus. Paulūque intermittens, statim heus (inquiebat) ad Ptolemæi balneum, uolo enim in eo aut lauari, surgens deinde & induens se exire uolebat, sed retinentibus, qui ei aderant & febri adhuc laborare dicentibus, humanissime respondebat, spire se quidem quod reliquum adhuc febris sit aliquid, sed minimum illud esse, & ex balneo non posse nocere, (tum ad puerum

aliquando conuersus, an nescis inqt) nos heri contendisse Megaris Athenas? Hoc autem agens & dicens. 13. die hemorrhagia ex naribus copiose, & deinde sudore facto conualuit, neq; eorũ, quę ante egerat ullius meminit. Ibid.

20 Quòd totum opus respirationis uoluntariæ, & spontè ab ipsa anima non à nobis fiat, declarauit barbarus ille seruus, qui ex ira & indigatione mortem oppetijt in terram se conijciens & respirationem cohibens. Ibid.

21 Mulier quædam uterũ gerens, menstruis fluentibus, primò sanguineis, tum saniosis, abortũ passa est. Postridie & cæteris diebus secundina, iam putrefacta purgabatur, & cũ totam eiectam crederent obstetrices & reliq medici, pulsum tetigi, quo etiam superesse aliquid superflui cognoui: id uerò indicaui ut cauerent, quod cum ad decimum sextum diem obseruassent, alterum abortum fœtus putrefacti fecit mulier. part.

6. de

6. de examinatione meden.

22 Amicissimã mihi propter philosophiæ, & flammationis lectionis studium Arrhiam, stomachi conuulsione grauiter ægrotantem, & ita supinam iacentem, ut ne cibum quidẽ capere posset, & iam ad atrophiam accederet, peritissimi medici premõstrante me, eam absynthide uino propinante curarũt, statimq; stomacho ualuit, & appetitionem recepit. part. 6. de theriaca ad Pisonem.

23 Puerum tuum apostasi affectũ, cum lentius tanquã bonus pater excidendum curares, & tamen urgeret inuatus humor ulceris, scis quàm magna cura liberauit nos applicatum emplastrum, resecuit enim quicqd supra ulcus erat, & pus omne purgauit ad imum. Ibid.

24 Vno aspidum genere prohibent Aegypti Reginam Cleopatrã, cum uellet latere custodes, citra suspicionem sibi mortem subitò cõsciuisse (nã Augustus Deniceo, Antonio eam capere incolumem studebat, ut

Romanis tam insignem mulierem, in triumpho ostenderet: hæc uerò, re intellecta, duas mulieres fidissimas sibi Nairam & Carmionem, quas ad pulchritudinem corporis sui, ut ornarent se habebat, hanc quidem ad ligandos & texandos capillos: Illã uerò ad ungues & excrescẽtias resecandas. Has (inquam) uocatas iussit absconditam uuis & ficubus calatho, aut alio uase sibi uiperam afferri. quã cum in ipsis priùs experta esset, brachio ad carnem commorso, ut aiunt, uenenum apposuit & statim concidit. Ibid.

25 Promptissimæ ad occidẽdum sunt aspides, uidi enim in Magna Alexandria eius ueneni acumen. Cùm enim ibi damnatum capite hominem subitò & immanius occidere uoluint, apposito pectori serpẽte, & uersari aliquantulũ sinentes hominem citissimè conficiunt. Ibid.

26 Indicauit mihi antiqui cuiusdã liber quòd cum deformis quidam, elegãtem puerum gignere uellet, for-

mo-

mosum priûs puellum, in abaco effinxit, uxoriq; in complexu dixit, ut hunc aspiceret, quæ cũ attentissime intuita imaginem, similem edidit infantem. Ibid.

27 Quem hominem non persuadeat fateri, naturam quiddam supra humanum esse, ursæ generatio? Siqdem parit & ipsa similiter cæteris animantibus. Cæterùm caro est ipsa, quæ editur informis, & sine articulis, sed pòst statim ab ipsa, quæ peperit naturali arte efformatr̃. Lingua enim tanquam manu artifice mater ipsa, quod natum est perficit. Ibid.

28 Quidam uiperas intempestiuè uenantes, postquam exuerunt pelles, & cum nondum satis sunt ualidæ cicurant plerunq; , & carnibus nutriunt, coguntq; semper mordere aliquid, quò uenenum ex ore amoueant, tum etiam mazam præbent, quò dentium asperitates obturent, & sic minimè mordaces reddunt, unde apud ignaros suæ uersutiæ plerũque admirationẽ consequunt̃. Ibid.

29 Quemadmodum cõstat diuũ illum Hippoc. per solam alteratione͂ aëris, discussisse olim ab Athenis pestilentem eius constitutionem, nimirum per totam urbem ex aromaticis lignis & suauissimis floribus, uarijs pyris extructis, ut aërem purum hoc modo redditum inspiraret homines in mali subsidium: simili ratione Theriace ceu ignis existat præsumentes ipsam, pestilenti aëris statu, neutiquã à malis corripi sinit. Ibid.

30 Si animali fœminæ excindas testiculos, neq; libidine comitabitur, neq; marem admittat, sed amittet fœmineam naturam. Quo nomine scrofæ castrantur, fiuntq; sic castratis masculis similes, atq; uberius alimentũ accipiunt: pinguioremq; & suauiorem carnem quàm reliquæ scrofę habent, quemadmodum & mares maribus est, inde testium ablatio in fœminis periculosior. 1. de semine.

31 Semen concipit mulier sicut & uir in complexu, & in somnis. Ibidem.

32 Ge-

32 Genitalis seminis tum excretionem, tum comphrehensionem ingens comitatur, & cupiditas, & uolu ptas. 4. de morb. & sympt.

33 Glandes quæ dicuntur castaneæ, hominibus iucundæ sunt, aliquandoq; crudę eduntur, aliàs tostæ aut elixæ: At longiores & quærcinæ suibus magis quàm hominibus conueniunt, nisi si quando cogunt, ueluti in famæ part. 6. de euchym. & in 2. de alimentis.

Glandes æquè nutriunt atq; frumenta eorum eduliorum pleraq;.

34 Ego noui hominem, qui ex esu paulò liberaliori boletorum (etsi omniũ frigorum sunt maximè noxij) in oris uentriculi conuulsionem & grauitatem incidit in stenochoriam, & dyspnœam, & deliquium animi ac frigidum sudorem, ut uix attenuantibus & incidentibus medicamentis, quale est oxymel per se & cum hyssopo & orygano ebullitum, potuerit seruari. 2. de aliment.

34 Notum est, quemadmodũ in-

fans priore nutrice mortua, cum altera quæ plena malo succo erat diuturno ex uictu agrestium olerum, famis tempore & uere ineunte, repletus est ulceribus toto corpore sicuti & nutrix ipsa, & omnes qui huiusmodi uictu usi erant, atq; id in multis alijs nutricibus, uidimus eodem tempore. 3. de alimentis.

36 Maximam adesse utilitatem intestinis, ad securitatem & iniuriæ ꝓpulsionem ex duabus suis tunicis, dysenterici affectus monstrant. Siquidē sæpe & in multis uidimus ob grauem & diuturnum morbum totam interiorem tunicam, ex putredine perijsse, & tamen homines illos uiuere, alioqui non uicturos, nisi & altera superfuisset exterior, quæ intestina contineret. 4. de us. part.

37 Quibus Ceratoidis tunicæ pars illa, quæ pupillæ est obiecta, insigniter exulcerata est, aut uulnerata usqueadeò, ut uulnus ad interiora ꝑtingat, ij magna ex parte obcæcātur. Vidi tamen equidem puerum, cum

iuxta pupillam punctus fuisset stylo, sicut aquosus humor efflueret, ac tota omninò cornea corrugaretur, uisum (incredibile quiddã) recuperasse instaurato, scilicet paulatim humore, q per uulnus effluxerat. 4. de caus. & sympt.

38 Cùm nuper fuisset quidem ictus à scorpione, uideor mihi (inqt) percussus esse grandine, eratq; omninò frigidus, frigidoq; sudore perfusus, quippe ex icta parte in subiectas, mox ex illis in alias eis continuas uis ueneni spargitur, donec ad principẽ aliquam peruenerit, quò tẽpore mortis periculum instat. Ad hãc rẽ conferunt, in primis uincula partibus supernis iniecta, abscisioq; partium uenenatarum. Noui equidem rusticũ, qui epoto è uiperis medicamẽto: rescissoq; priùs digito euasit: & alium, qui sola sectione citra medicamẽ est liberatus. 3. de locis aff.

39 Aegritudinem quidẽ hanc rarò uidimus. Rusticus quidam primũ pus tenue expuere cœpit, itaq; diu

perſtitit, aliquanto poſt putredinem expuit. Poſt aliquot uerò menſes etiam ſanguinem, poſtremò totum eius corpus liquatum eſt, & ita præ thoracis & pulmonis infirmitate periјt. 4. de locis affect.

40 Cùm ſemel arteriam cuiuſdam medici tetigiſſem, & inęqualem ſine febre motum omnem eius ſenſiſſem ex anguſtia & coarctatione uenarũ pulmonis, ſeu ex humorib. craſſis glutinoſisq́;, ſeu ex eiuſdem ulcere adhuc cruda uenas illas obſtruẽte eſſe dicebam, at (inquit) ſi ſic ſit, dyſpnœa laborem. Cui minimè (inquam) neceſſe, ſiquidem tunc aſpera arteria eſt obſtructio, non in uenis. Ibid.

41 Carnes ſuum ſimiles humanis exiſtunt. unde quidam, cum à prauis hoſpitib. eſſent appoſitæ, auidiſſimè eas comederunt.

42 Exemplum hoc unum (credo) ſatis eſſe debebit, ne cuilibet primũ occurrenti fidem habeamus. Ipſe in quadam urbe uidi cum uaſculũ mellis plenum uenale proponeret quidam

dam medicis duobus. Ipsiq; statim gustassent, non probato eo quid sit priùs, ubi diu de precio egissent, nec conuenissent, abijt ille, hi uerò deinde paulò pôst interierunt. Ibid.

43 Si nudaueris cor, contuderisq; ipsum atq; depresseris, nec uoce, nec spiratione, nec ulla prsus uoluntaria actione impediri animal cernes, & si minimè perforaueris concauitatem thoracis, licebit uniuersum ac semel cor ipsum eximere. Id quod in sacrificijs quandoq; cõtingit, ubi animantia cernuntur corde iam aris imposisito, non respirare tantum, aut clamare uehementer, sed etiã fugere, quoad profusione sanguinis moriantur. 2. de pl. Hipp. & Plat.

44 Cerebrum ossibus si detexeris aut quemcunq; ipsius sinum compresseris, non mutum duntaxat, ac protinus spirationis expers effeceris: sed omninò & sensu, & arbitrarijs actionibus animal priuabis. Ibid.

45 Apud Gallos Scythas & Barbaros ira dominatur rationi, & apud

nos in pueris, & ineruditis hominibus. Si uerò adsit alicui robur & scientia, omninò ratio iræ dominabit. 3. eiusdem.

46 Appetitoriam uim in hepate delitescere Homerus docet, cum Tityo fingit à uulturibus hepar exedi, quòd Latonam compellasset stupri. Quemadmodum nunc quoque factitant, qui peccātes famulos puniunt: eorum sanè qui fugitiui sunt crura exurentes, scarificantes atque ferientes: eorum qui in furto deprehensi, manus: gulosorum, uentrem: garrientium & mugantium, linguam in summa denique eas particulas plectentes quibus prauas obierunt actiones. 6. eiusdem in finem.

47 Multos ego uidi, & uiros, & mulieres, quibus ualens natura corpus erat, animus autem infirmus & fractus, morbis stupidis, ueluti Apoplexia, paralysi, epilepsia, catalepsi, plerunque laborasse, mulierib. autem matricis suffocatio priùs fiebat, tum paralysim patiebantur. At quibus

bus corpus imbecillum, animus uerò natura cõstans, fortisq́ fuerit, paucos admodũ uidere licuit: unius memini Aristonis Mysij eloquentissimi uiri, cui ex ui eloquẽdi corpus tenue colliquatum est. 4. in Timęum.

48 Cicuta celeritate distributionis hominem interficit, sturnos autẽ tarditate ipsa nutrit. Si autem exiguum quippiam sumatur mortem nunquam inferet, id quod anus illa Atheniensis experimento docuit, quæ ab exigua cicutæ portione auspicata nullo detrimento permagnam edere potuit copiam. Adeò consuetudo uidetũ esse ascititia natura. 3. de sim.

49 Concoctioni uentris nil æquẽ conferre nouimus, atq́ humanum ei corpus admotum. unde nonnulli tũ infantulos, tum catullos, noctu uentri & stomacho apponentes, miram inde utilitatem quietis & concoctionis sentiunt. Familiariora enim sunt & cognatiora huiusmodi naturæ humanæ, quàm quę per excalfactorios lapides, & similia fiũt. lib. 5. de simpl.

DE

DE QVIBVSDAM LOCIS *sibi contrarijs apud Galenum.*

SECTIO XXIIII.

I.



Go in his recẽsendis (inquit Moyses) dabo operam, ne quid à medicina alienum adferam, sicut olim Rhasis fecit sophisticè magis quàm medicè disputans. Verùm ipsa maximè quæ medicinæ usũ, & Galeni intelligentiã pertineant, conabor persequi: idq; breuiter, apposita contraria cõtrariæ sentẽtia, ut inde quod uerùm est, uerè indicantibus liceat colligere.

De hepatis neruo.

Primùm igitur ait lib. 4. de us. part.

1 Minimum quidẽ neruum hepati dedit natura, utpote, neq; ad motũ, neq; ad sensum futuro ex usu animali: quare cùm aut non omnino in uiscum, aut non in totum inseruit.

Tum in 6. eiusdem. Nullus autem uidetur in cor distribui, quemadmodum

dum in hepar, renes, lienemq̃ue. Solùm namque pericardiam propagines tenuium neruorum recipit à quibus diuisis sensibiles alias ac manifestas, in tunicam ipsius inseri, in maioribus saltem animalibus constat. hęc Galenus. In quibus si hepatis, lienis, ac renum membranis sparsum neruum, ut in corde uoluit, non minus in ijs debuit distinguere.

2 In 2. de facultat. natur. Perfecta Cruditas pituitæ acidæ, uel acris intelligenda est, in secunda concoctione, hoc est, in hepate & uenis eius, nõ in prima, quæ in uentriculo perficitur. Et in 5. de locis affect. Frigida iecinoris intemperantia quod ad ipsum pituitæ suggeritur crudum, semicoctum reddit. Spectanda hæc relinquo. Hoc uno adiecto, quòd hîc perspicuum est crassos succos potius digeri, quàm acidos, ut qui in hepate concoquantur, acidi non omninò.

3 In 3. de caus. puls. quem librum uocat Moyses mag. partem de pulsibus. Quæ pulsui accidunt secun-

dum

dùm tẽpora, mutationes ad has tres causas referunt, ad usum, facultatẽ, & instrumẽtum. ut medio ferè facultas est robustissima, calor moderatissimus & instrumenta ab omni excessu libera.

Tum in 2. de sanit. Vna mutandi pulsus causa est, naturalis caloris auctio & diminutio pro anni tempore nutrimento balneo, somno, &c. Altera secundùm quantitatem animalis spiritus alteratio pro uolũtario motu. Tertia quæ ex robore uel imbecillitate uirtutis accidit, id est, ex cordis & arteriarum temperamento. Quarta quę ex instrumenti ipsius malo affectu æstimatur. Hic sunt plures, quã ibi, nisi fortè hæc, quę superest animalis spiritus affectio, ad superioris diuis. usum referatur.

4 In 2. de temperamentis. Quemadmodum aër aut lapis aliquãdo pari colore cum aqua esse potest, nullũ eo faciente discrimen, quod lapis siccus sit, aqua humida: Sic nimirum caloris æqualitas in pueris, florẽtibusque

que

que. Inuenietur etiamsi in humida ille, hic in sicca substantia repræsentet. Idē, Duplici ratione cōsumit corpus, ętatis cursu assiduoq; fluore & excremētorū copia: hęc iudiciore linquo.

5 In 7. Methodi. Facillimè quidē curatu uentriculi alterationes sunt, quæ ex calido & frigido oriuntur. Aegriores quę in humido siccoq; habentur. Et paulò pòst. At uentriculi intemperies humida, utcunque accidat facillimè omnium curatur. hoc item relinquo lectorum iudicio.

6 In lib. de Euchym. Lac camelorum præfert asinino. In 5. de sanit. Asininum non solum camelino, sed reliquis omnibus. Item in illo, ex pedestribus (inquit) suilla caro, cibus probatissimus est, deinde hedina, mox uitulina. Et paulò antè ibidem dixerat. Alica sicut & suilla aliquid glutinosi in se habent, ob idq; in ijs iecur obstruunt, & renes quibus hæc à natura astrictos meatus sortiuntur, ac proinde distributionem impediunt, hæc uident quodāmodo contraria.

7 Incipientes phlegmonas reuulsu euacuandas, inueteratas uerò iam & induratas, ex ipsis si fieri potest particulis affectis, sin minus, ex uicinis Hippocrates & Gal. multis locis docuerunt, atq; unum quidem illud est medicinę præceptis maximum & usui ualde necessarium. Quo quidē præcepto Galen. oculorum & gutturis dolores, & inflammationes maximus uenę humeralis è directa sectione, aut certè medianæ curari iubet. Induratus uerò in gutture quidem, uenis quæ sub lingua sunt ambabus incisis, in oculis incisa, quæ ad magnum oculi angulum decurrit uena: In capite si grauitate aut inueteratis iam ex plenitudine doloribus laborat, ea quæ est in fronte quoque adeò nil non rectè dictum ab illo in hac parte est. lib. de uenæ sec. & in 6. Aphorism.

At in eadem particula. Quemadmodum (inquit) superiores omnes hepatis partes, secta in cubito uena iuuantur, sic eo inferiores ut coxendix,

dix, uterus, uesica & incisis, quæ per poplites, & malleoles decurrunt uenis, curantur. Tum ibidem sequit.

Podagricos euacuabis ex cubito, comitialibus uerò morbus uertiginibusq; obnoxios potius ex cruribus. hic nisi aliquid in traductione operis defecerit, contrarium sibi dicit.

8 In prima parte cõmementariorũ, in 1. Epid. Febrẽ ardentem, ex accensione bilis esse ait, non in quolibet mẽbro, sed uẽtriculo aut stomacho, aut hepatis concauo. In secunda uerò eiusdem ex ipsius humoris putredine, in uenis ijs maximè, quæ hepati, pulmoni & uentriculo sunt proximæ: hoc spectato.

9 In 3. de locis affect. Ex oleribus sola brassica melãcholicum succum gignere consueuit, & in 2. de alimentis. Lens & brassica æquali inter se mensura siccant, ob idq; uisum hebetant. At in 7. de simpl. Desiccandi uim (inquit) habet non tãtùm admodum acrem. Præterea uulnera glutinat & phlegmones induratas, erysi-

pelata herpetas epinyctidas curat, ex quibus & habere caliditatẽ quandam uelle eũ uidere est proptereaq́; in hac re sibi contradicere. Potest tamen conuenire, si succos inesse hanc caliditatem dicatur, quo sublato, remanet ipsa frigida substantia sola.

10 In 6. parte commentariorum in 2. Epid. Vlcera capitis ex humore ad summum ipsum sublato nata ex uicinis partibus per uomitum sunt purganda.

Addit Moyses.

Hic me locus torsit plurimùm, & in eo adhuc hereo, quæ secũdùm demonstrationem est.

11 In 4. morb. & sympt. Omnis sensus offensio, à neruo læso priùs cõtingit. Ergo uisui suffusio & Argemon ex neruo priùs læso accidit: uerum in primo eiusdem, non simpliciter affici sensum dixerat, sed aliquando ratione instrumenti, aliquãdo uerò ratione uirtutis & functionis ipsius, quod hunc locum soluendo satis est.

12 In

12 In commentario in 2. de uentris & aquis. Ignitis cauterijs non est auibus, aut pedibus, aut lumbis utendum. Et in 6. Epid. Exulcerato pulmoni maturè cauterium in pectore adhibendum erit, & in 5. Methodi. Ignitis ferramentis necessario utendum animaduerti, ubi ab erosione putrescentis alicuius profluuium sanguis excitatur, ut in pudendis & sede. Non igitur solum in manibus, pedibus & lumbus.

13 In 2. de locis affect. Pulsatilis dolor arterias ipsas primariò afficit, tum per consensum etiã cæteras partes sensibiles, eo quòd à uicinorum contactu primantur. Et ibidẽ. Quinetiam sine arteria pulsatilis dolor uehementer inflammationes sequitur, ut inflammatis intercostalibus musculis, qui morb. lateralis est, pro magnitudine inflammationis dolorem æger sentiet. Vbi cum 4. conditiones posuerit dolorem pulsatilem phlegmonem (magnitudinem eius) partẽ sensibilem, & arteriam, fieriq; tamen

dicat ubi hæc concurrant. in pleuriti-
de tamen fieri dicit in hepate & reni-
bus, qui sine arteria sunt: sed credo
mendosum esse interpretē nostrum,
qui addiderit, sine arteria. Nam sic in-
telligo Galenum uoluisse: non ex se
sentire hepar, sed causa membranæ
quæ ipsum ambit.

14 In 1. morb. & sympt. Est unus
morbus cōmunis similaribus iuxtà
& dissimilaribus. Nempe unitatis di-
uortium seu continui solutio. Item,
aliis plerisq; locis omnem morborū
causam ad continui solutionem re-
fert, aliàs ad intemperiem, ut libr. de
inæq. intemp. Tum 2. de locis affect.
In uniuersum (inquit) primæ doloris
species sunt duæ, una quidem dum
temperies subitò mutatur, altera dū
continuitas soluitur. Atq; hæc eius
optima est diuisio, cui etiā nos assen-
tire æquum est.

15 In Consilio Epileptici pueri.
Fructus & herbas recenset, quas per-
mittit atq; inter eas numerat porrū,
apium, & smyrnium. Paulò pôst uerò
ab

ab ijs uerò abstineat hortor quæcunque ob caliditatem caput replent, uitiososq́ue succos producunt, sicut uinum, synapi, petroselinum, pastinaca, cepa, & smyrnium. Duo hîc me torquent, quòd idem prohibeat, & permittat, tum quòd porrum potiùs concedit, quàm cepas.

16 Galenus in distinguendis febribus continuis & intermittẽtibus, sicut & continuis ueris, & continentibus rursus uariè affici mihi uisus est mutareq́ue subinde sentẽtiam ita ut in eius uerbis uariè perplexus adhuc steterim. Eas igitur adferam intricationes, ut nos aliquando dubitatione aliquis liberet.

Primum dicitur in primo de febribus humores in uasis, ac potissimũ maximis putridi continuè fluunt, & quicquid obuiam ijs est, corrumpũt.

Deinde in 2. eiusdem. Febres intermittentes, quæ nimirum ad integritatem desinunt ortum habent ab humore, qui per omnes corporis partes suo motu defertur. At in continuis

humor delitescit atque continetur in uenis.

Tertio ibidem ad priorem sententiam reuersus ait. Reperies etiam aliam accessionis genitæ causam, preter eam, quam iam diximus.

Rursus in eadẽ. Excrementa putrefacta per interualla & circuitus eiiciuntur, ui expultrice, aut quantitate eorum grauata, aut qualitate puncta. Postea & in accessionum breuiũ, & longarum discrimine. Cùm primę accessionis (inquit) tempus adeò breue fuerit, ut antequam superueniat, secunda, iam prima quieuerit, omne id tempus spaciũ quod secundę principium, & primæ finem interiacet sine febre est. Si uerò secunda inuadere anticipauerit, priusquam omninò prima soluatur nil interuenit mediũ, quò purgari possit febris.

Ex quibus omnibus intelligitũ primum humorem omne principio corruptum in uenis, & quietem tamdiu dari quoad calor præter naturam eius humoris ab inflammato mẽbro

ad

ad uicinum transmittitur. Tum ex secundo loco, febrem ad integritatem manifestam desinere, ubi humor extra uenas est corruptus. Ex tertio autem in quo ipsum constat, superfluitatem ab uia in alteram partem transferri, & ibi manere donec, qui sanguis in ea est simul corruptus, accensus, & humiditatem consumpta, ueluti in cinerem redactus est, & inde ab alia accedente superfluitate expellitur. Ex quarto denique continuam febrem esse cum accessio accessioni aggeritur.

17 Quod sequitur, non est locus ambiguus, sed notatio Galeni in Aristotel. agentis. Arguit enim Galenus Aristotelem tanquam ignarum usus testiculorũ, quòd eos cordi post posuerit, atq; in priori de semine sic agit, cor uiuendi tantum, testes uerò bene uiuendi principium existunt. Quanto autem melius est bene uiuere quàm simpliciter & solum uiuere, tanto in animalibus testes sunt corde præstantiores. Sed quęso animad-

uertite iudices, nũ corde sublato, bene uiuere aliquod animal possit, at testiculis sublatis nil minus animal uiuit, quod in castratis cernit. Taceo igitur ne iam satis notatum ex se hominem, nigriorem liquendo reddã.

18 In 5. morb. & sympt. Apoplexia, epilepsiaq; ex subitanea colluuione pituitæ replentis uentriculos cerebri nasci uidentur, proinde horum symptomatũ subita est generatio, & discussio, qualis esse per corporũ intemperies non posset. Et in 3. de locis affect. Morbus comitialis similiter ut melancholia tribus claudit dominis. Verum omnibus cõmune est, quod afficitur cerebrum siue ex se, siue alio. Prima igitur ante affectus in ipso est cerebro. Secundùm per consensum ab ore uentriculi ad cerebrũ, sicut per suffusiones contingit.

Tertia rara quidẽ cum ab alia quadam parte incipiens affectus, sentiente ægro ad cerebrum usq; perreptat, quod uidi in adoles. 13. annum agẽte, qui à crure per femur & lumbos

dice-

dicebat ad caput sibi accesisse, aliud autem ueluti frigidam quandam aurem passum esse dicebat, cùm interrogaretur quale id esset. Pelopi autem præceptori placebat aut qualitatem aliquam per membra contiuatè diffusum, aut spiritalē & uenenosam quādam substantiam. In prima igitur harum est dubitandi locus cum hic dicat, ex ipso cerebro per se, ante uerò ex intemperie ipsius pituita repleti esse dixisset.

19 In 2. de semine. Masculos non solum calidior fœmina, sed etiam siccior à principio existit.

Et in Commentar. in lib. Hipp. de morb mulierum. Velox augmentū mulierum, eorum caliditatis, superatis est iudicium, quod etiam ex menstruorum singulis mensibus accidentium fluxione intelligitur. Vbi enim sanguinis est copia, maiorem esse calorem oportet. Hæc sunt uerba Galeni, hæc uerò me conturbant, cum uideam solidas mulieris partes esse uiri partibus longè frigidiores ac hu-

midiores & uenas uirorem amplio-res quam mulierum. Quanquam puto alium ante Galenũ hæc uerba introduxisse, qui Hippocratis librum quoque exposuerit. Is uerò quisquis fuerit, Aristoteli contradicit, cuius de hac re sententia est, 18. de animalib. Calore nimio esse prępditas fœminas, nec obstare sanguinem menstruũ dictum, siquidem is non sanguis uerè est, sed sanguis impurus.

20 Galenus ferè ubicunq; meminit lactis hoc sentit. Ex triplici dissimiliq; substãtia constare, serosa, crassa, & pingui. atque ex his camelinum asininumq; serosi humoris plus habere crassi & caseosi ouillum, pinguitudinis seu butyri uaccinum. libr. 3. de aliment. & de euchym. at in lib. de attenuante uict. crassum caseosumq; eidem uaccino tribuit, in quo apparet contradictio.

21 In 3. de aliment. Plurimo sero lactis ad deijciendum aluum utebantur ueteres, cui tamen mellis optimi & salis adijciebant quantum suaue, & ci-

& citra stomachi subuersionem redderetur. In 10. uerò de simpl. Serũ extergendi uim habet, adhibeturq́ ad aluum subducendam siue clysmo extergens & abluens, siue mordacitate intestinorũ acrimoniam. Ex priore loco patuit acre fuisse, hîc sunt mordacitate esse ait.

22 In 1. de natural. facult. Quęcũque partes duabus tunicis constant, ut uentriculus, stomachus, arteriæ intestina, eorum ipse sunt elementa. Et paulò pôst. Omnes facultates naturæ particulares & alterandi uim habentes, ipsam tunicarum uentriculi intestinorum matricis substantia sic perfecerunt qualis cernitur. In 3. uerò eiusdem. Si quod uelox unica tunica instrumentum constat ueluti ambę uesicæ uterus & uena, utrunque fibrarum genus obtinet, rectarum & transuersarum. Credo culpa traductoris hoc esse factum. Si uerò dicas, interiorem esse quidem uesicę uel uteri, superiorem uerò continentis membri, ergo continens illud tribus

bus erit tunicis prædítum. Non igitur rectè docetur duas tantũ habere.

23 In 1.morb.& sympt. Qui affectus primò cedunt operationem, ĳ sunt, & uerè dicuntur morbi. At operationis oblęsio, passio aut symptoma non morbi appellanda. Et 3. eiusdem. Morbi sunt qui primo lędunt actiones. Symptoma uerò morbum ueluti umbra sequitur, ut phlegmonem febris. In 1. uerò ad Glauconẽ. Quæ (inquit) ex humorum putredine accenduntur febres, & dicuntur putridæ, & sunt non morborũ symptomata, sed ipsi morbi. Ergo contraria habet nomina febris.

24 In 2. de aliment. Cydoniorum corticem calidum & acrem esse dicit, ob idq; cõuenire ĳs, qui cruditate laborent. In 7. de simpl. temperatum, aut paulò à temperamento remotũ, in quo priorem uirtutem diminuit.

25 In ultimo de simpl. ubi de melle agit. Cùm flauæ bilis genera introduxit Prasinam, seu porraceam, non nisi grauissimis affectibus eĳci ait.

ait. Tum paulò pòſt, omnes ſpecies eijci dicit, plerunq; uerò etiã uomitu ſine prauo quodam affectu.

26 In 16. de uſ. part. Nullum propriè cuti eſſe inditum neruum, ſed q ſentiat à particulę ſubiectæ neruo eſſe, quò tanquam inſtrumento ad ſenſum utitur. In ultimo uerò de locis affect. Medicos ignorare in cute maius produci neruum quo ſentitur, in eaq; radicem habere. Crediderim priori ſententiæ, ſiquidem ſenſum cutis eius lędi motu integro cõtingere poteſt. cuius cauſa eſt non neruus muſculi ſubiecti, ſed eius quædam particulæ & rami in cutem diſtributi.

27 In 1. de morb. & ſympt. Humores inter ſe ferè commiſceri, & ſimplicem reperiri, cùm alijs non mixtam nequaquam poſſe. In 2. eiuſdem. Singulos interdum puros & ſynceros, interdum inuicem mixtos ſolere in partem imbecilliorem confluere, ob idq; tumores partium uariari.

28 In lib de atra bile. Excrementa nigra ſæpius euomi & educi ſalubriter ſe

ter ſe

ter se reperisse. Atræ bilis autem exa-ctæ humorem semper ad perniciem excerni. Eandem uerò in 4. Aphor. Plerunque salutem portendere maximè ubi natura conuicerit. Ego priorem ut ueram accipio. Posteriorem non possum, nisi de excrementis nigris dicatur.

29 In 2. de temper. Succorum optimum ac maximum familiarem esse sanguinem. Huius ueluti fecem & sedimentum, atram bilem: quæ idcircò frigidior & crassior sanguinis est sicuti flaua bilis longè calidior, frigidissimum ac humidissimum omniū, quæ in animali sunt, Pituitam, instrumentum quo id cognoscatur, ipsum esse factum. In 2. sympt. & morb. Corpora interdum à solis qualitatibus alterari, quandoque etiam illis accedente aliquo affluxu. Humido quidē specie facultate uerò non item. Flauam siquidem bilem potestate calidam et siccam, atram siccam & frigidam, sanguinem calidum & humidum. Pituitamque frigidam & humidam esse, ibi

tactu

tactu ipſo & actu, hic poteſtate repugnant.

30 In lib. Hipp. de humana natura, Ver eſſe temperatum ſe dixiſſe, in lib. de temper. Hippocratem tamē recte dicere eſſe calidum & humidum, quod confirmauit in comment. Hippoc. de aquis & uentis.

31 In 7. Methodi. Vbi ægrum qui ab alijs medicis iam adeò ſiccatus erat, ut ſimillimum Maraſmodibus. i. ſenili ariditate maceſcentibus habitum referret. (Rhoris enim ſuccū bibere cogebant, & abſynthium aſparagos, bulbos arnacos, extrinſecus imponebant.) hunc mos (inquit) ſanauimus omni ratione humectātes. Tum paulò pòſt. In eo meatus contractos, dilatari ac quod in uicinas particulas eſt cōpulſum, reuelli: præterea ſingulas ſimilarium partiū propria humiditate humectantis nutrimenti opus, repleri curauimus. Is enim in ea contrarietate, quæ in frigido & calido conſiſtit, nullā euidender uincentem habebat intemperiē

nec

nec in uniuerso corpore, nec in uentriculo Priori loco omnis madoris expertem fecerat, iam temperatum reddit. Ergo contraria dicit imparē.

32 In primo de pulsib. Inæqualē fieri pulsum ob grauem aliquam noxam: & in 13. eiusdem. Pulsum inæqualem imparē, inæqualitatis causam esse incertam morbi mutationē. Transmitti enim uel in partem ignobiliorem, & tunc salutem esse, uel in principem & mortem sequi, ex quo incertum tunc esse pulsum constat: Ibi magnam noxam, hic neq; acommodum, neq; incommodum significari ait.

33 In lib. de temporib. morb. Vbi quatuor ea recensuit, initiū, augmentum, statum & inclinationem. Accidunt & graues quędam affectiones, ut apoplexia & epilepsia, quorū principium & augmentum uix sunt sensu perceptibilia. In primo uerò de Crisib. Ex statu cuiusq; morbi, iudicare oportet ipsius tempora, quæ febris ardēs pleuritis, peripneumonia

breue

breue principium habent. Epilepsia uerò arthritis mulierum dolores & nephritis longum. Non potest intelligi de causa generationis epilepsiæ, cùm in statu causa non incipiat. quare aut error est in exemplari, aut contrarium sibi dicit.

34 In 4. de simpl. Ferro lapidiq́ue ignito ea purgantia medicamenta, quæ per erosionem interimunt, similia omnes, quæ à corporis nimirũ calore huc perducuntur, ueluti chalcitides, misij, sori arsenicũ, lithargiron, hydrargyron & similia. Crassarum enim partium id genus omnia, & potestate calida esse, uentremq́ exulcerare & exurere non aliter, quàm ferrum aut lapidem ignitum. In nono uerò, interimatq́ adeuoratum, aut extrinsecus admotum nondum fecisse se periculum. Cur igitur in quarto gradu exurere dicat peto.

35 In 11. Methodi. Venam statim in principio sectam non in acutis tãtum, sed putridis etiam febribus summum esse remediũ, nisi cruditas sub-

sit & ætas, aut aliquid aliud obsit, in particula tamen de ueng sectione, in quartana pura ꝓhibet, nisi sit ex sanguine superante. quod ita interpretor, si humor nō simplex, sed cùm alia sit corruptus, ueluti phlegma, uel melãcholiam cum sanguine, uenam tuto secari, si uerò pituita aut atra bilis sola sit putrefacta, non tutò posse.

36 In 6. de simpl. Vrticas flatuosum quiddam exhibere, dũ coquuntur, quo extimulant uenerẽ, & maximè cum semen ex musto bibitur, tum statim & partes quas flatu suo affici, inflari contingere, ubi concocta est. Non enim actu, sed potestate inflare, iuxta id, quod alibi dictũ est. Nullum medicamẽ frigidum aut calidum actu dicitur, sed potestate.

37 In 3. de locis affect. In affectu hemycranij, si ex spirituum repletione est, ægrum tensionem partium pati, cum ex humorum replenitudine, præter tensionem sentire etiam grauedinem. At in parte de uenæ sectione dixerat. Signum repletionis spiri-

tuum

tuum, & uirtutum esse corygam seu grauedinem. uasorum uerò intensionem, in quo sic suspiror, quod signũ dixit in lib. de uenæ sectione, sine dolore membrorum debere intelligi utranque repletionem. In locis affectis uerò cum dolore cuiusdam membri, cuiusmodi est hemycrania in capite, non enim sola repleto est humorum, sed humorum uitiosorum.

38 In 5. Methodi. Vbi uas aliquod in pulmone rumpitur citraque dolorẽ confertum sanguis feruens, florendus multusque cum tussi expuitur. In uiscere uulnus esse significari, propterea iniungendum laborãti, ut nec respiret uehementer, ac semper silentium agat, & tum uenam cubiti internam incidendam. At in primo de humoribus affectum hominem, pulmonis uel pectoris, uel œsophagi, uel asperæ arteriæ ulcere, quanque non clamare, nec inspirare permittit, tamen motum manuum & pedum mediocrem præcipit.

39 In 8. de simpl. Psyllium semen

habere admodum utile ex secundo ordine refrigerantium. In desiccando uerò & humectãdo quodammodo symmetrum. In 2. uerò ad Glauconem. Herpetes quidem qui exedentes sunt, refrigerari desyderare, ut alijs herpetes & erysipelata, non tam offerrẽ medicamenta, quæ simul refrigerẽt, qualia sunt lactuca, polygonũ, lenticulæ, eleia lotum uel nymphę aqua, Psyllium, Portulaca & eius Aeizoon, &c. Hîc igitur Psylliũ est frigidum & humidum prorsus. Ibi uerò temperatum humidum & siccum.

40 In 13. Methodi, de liene & hepate. Similia genere medicamenta & nutrimenta ambo uiscera postulant. Cæterum tantò ualentiora & acriora lien, quanto crassiore utitur alimento. In 4. de usu partium. Nutrit (inquit) Pulmo ex purissimo sanguine, flauo subtili & spirituoso, tanquam delato à corde, Splenis autem corpus, quum tãto rarius hepate sit, quantò est crassius pulmone, meritò ex tenuiori sanguine nutritur.

Et

Et paulò pòst. In summa hepar ex rubicundo & crasso splen ex subtili, & nigro, Pulmo ex elaborato ad unguem ac puro, alimentum capit ex his contrarijs de splenis cibo sententijs posteriorem eligimus ut ueriorē. cæterum in priori, potest dici nutrimenti uocem largè sumptam esse, ut uulgò usurpatur, quo non & sicla, & panis sunt etiam eorum nutrimentū. sicqúe crassiori lien quam hepar nutrietur.

De Lingua Græca.

41 Sophistę hodie nos multas discere linguas uolunt, cæterùm barbarissimas, cùm tamen præstaret ipsos doceri unicam græcam adeò ornatā & cultam, præterea omnibus communem, & humiditatis plenā. Qua quidem imbuti si fuissent, nunquā omnia prima genera pulsuum, qualitates existere credidissent. Hæc & alia Gal. de præstantia linguæ Græcæ retulit in 2. li. de differētijs pulsuum, ubi præ cæteris colendam hominib. esse cupit.

Pthisis & alij quidam contra uoluerunt omnes æquo honore, & precio linguas esse, nec referre, si ab ignaris earum quædam uituperentur. Ego certè Galeni sentētiā non reijcio credo ueriorem pro climatum & incolarum modo ac proportione instrumentorum uocis linguarum & laryngum, Deum cuiq; suauem aut asperā linguam dedisse. Cùm uerò Græci in oīum climate tēperatissimo & humano generi familiarissimo medio ferè mūdi habitarit, mollissimā quoq; & temperatissimam eis linguam fuisse datam, sicq; de cæteris pro climatis & instrumentorum mediocritate. Quodsi in hos & durissimæ aliquādo quædam audiantur, non ex uitio naturæ loci, sed ex cōmigratione alienarum & remotissimarū à medio climate gentium, id euenire existimetur.

Moyses.

De Ptisano sui amore Grecè φιλαυτίας. Notum est ex libris Philosophicis & ex alijs, quemadmodū animæ mor-

morbi sunt, & affectionem nō aliter quàm corporis, tantoq́ ipse grauiores quantò potior est anima corpore. Inter cæteros autē, una præcipuē grauibus uiris, & qui in quadam arte excellere uidētur, qui tales existimari cupiunt ipsi Philautia, hoc est, nimia superba & insolens ac sese opinio plurimum accidi. Qua, qui laborant, si qua in arte præponi, & existimari præ alijs si senserint, non solùm in hac uinci ab alijs nulla de re uolūt, sed etiam in alijs quas ignorant, si quid absurdum dicunt, uerùm non esse fateri uerentur, unde aut in earū statim condamnationē feruntur, aut in sua hæresi manere potius habent, quam errorem fateri. Hoc morbo laborasse grauiter inter cæteros Galenus uidetur, qui ut in medicinæ arte excelluit, eiusq́ partem præcipuè anatomicam & sphynicam plurimùm exornauit, in cæteris scientiæ partibus tantundem putauit se ualere, atque hac opinione elatus plurimū ausus, & multis locis Aristotelē & cæte

ros philoſophos notare tanq̃ ignaros in ijſq; maxime, quibus ipſi excelluerint Phyſica, Logica, & Metaphyſica, & librum ſuũ de Probatione omnibus Ariſtotelis præponere, nec modo Philoſophos, ſed ſummos omnium hominum doctores Moyſem & Chriſtum attingere conatus eſt, qđ quæ nimiæ fuit imbecillitatis & ſui amoris, non inutile puto, referre in quibus repræhendit Moyſem, ut poſtea mea tanquam ſequeſtri propoſita ſententia, uideatur potiſſimum credere nos conueniat, Prophetæ & legislatori maximo: an uerò homini medico, & digno quo alios afficit, conuicio. Sic igitur in 11. & uſ. partium arrepta ex pilorum palpebrę & ſupercilij perpetuò eadem magnitudine, rixandi occaſionẽ quærit. Vtrũ igitur præcepit his pilis opifex noſter ut æquale ſemper magnitudinẽ ſeruarent? Si uerò mandatum obſeruantes, & præceptorem reuerentes Deum, aut certè ipſi per ſe melius ſic eſſe credentes, hanc ſeruent magnitu dinem

dinē, quam iussi sunt: An uerò Moyses quidem sic de natura disputabat & melius quàm Epicurus. Voluit enim principium generationis esse opificem mundi Deum, & hanc illum ex materia primū fecisse. Propterea que uoluisse hos pilos eandem semp seruare magnitudinem, quæ sic erat melius. Postea uerò quam eiusmodi facere pilos constituit Deus, his quidem durum corpus subiecit, illis autem cutem duram cartilagini per superiora connexam. Non enim sat erat uoluisse tantum tales esse, siquidē ne si lapidem repentè uelit facere hominem, id possit atq; illud est, in quo opinio nostra & Platonis, & omniū Græcorum à Moyse dissidet. Huic enim satis est, quod uelit Deus ornare materiam, statim enim perficitur. Omnia uerò ipse facere Deum posse arbitratur, etiamsi ex cineribus equū aut bouem facere uelit. Nos autem affirmamus quædā esse, quæ neque at facere natura, eaq; Deū ne aggredi quidem omninò, sed ex ijs, quæ fa

cere poteſt, quod melius eſt, eligere. Etenim quum pilos in palpebris ſatius eſſet æquales ſemper eſſe magnitudine & numero, non ipſum. Id quidem uoluiſſe affirmamus, illos autẽ mox factos fuiſſe (neq; enim id potuiſſet) ſed contendimus potius eos etiamſi millies uoluiſſet, nunquam tamen tales futuros, ſi ex cute molli producti fuiſſent quum nec recti quidem ſtare poſſent, niſi in duro fixi eſſent. Hęc igitur duo tribuimus Deo, eligendi eius quod melius eſt uolun tatem in ĳs, quæ facienda ſunt, & ma teriæ electionem. Quod ſi ſubſtãtiæ cuipiam molli & carnoſæ pilos eos infixiſſet, non Moyſe modo, uerum etiam aliquo malo duce uideretur, ineptior, qui murum in palude, aut uallum iaceret. Sed quoniam oportuit eos rectos ſtare in chondrum, & cartilagineam cutem infixit.

Hactenus Galenus. Præclarẽ uerô philoſophatus eſt, qui totam potentiam Deo non tribuit, ſed illi metiri nititur potentiæ ſuæ metas. quaſi me

dico

dico homini. Medicamini cuiusdam regulam præscribat, non credit igitur Moysi Deum omnia posse, nondum enim satis uiderat supra ea, quæ fieri non possunt Deum esse, nec si uelit equum ex cinere creare, unquã posse quod eodem pertinet. Eligere autem fatetur quod in quaq; re sit optimum, & ex eo opus facere est id quidem aliquid, sed in eo non sunt omnia. Moyses quidẽ Deum uidisse ait quęcunq; fecerat, & omnia uisa esse illi optimè cõstituta, nec inutile quicquam inter illa relecisse: Sed à principio quoq; creasse cœlum & terrã, & omnia quæ in eis sunt ex nihilo, idq; iam antè proposuisset, quod non credit Galenus nec Plato, & hinc omnis eorum nascitur error, sed putãt Deũ cum mundo surrexisse quemadmodum dies cum sole, umbra cum corpore, & febris cum calore oritur. Motũ uerò credunt esse æternũ secundũ corruptionẽ. Et in his rebus nil eorũ, quæ impossibilia appellant fieri, ueluti uirgam, in serpentem aquam, in sangui-

ſanguinem mutari & ſimilia. Pluuiã & ſerenitatem Deum pro ſuo uelle non mutare poſſe, ſed hoc ex aëris & aque diſpoſitione fieri ſecundùm naturam, ex quo dat nullam relinquũt uoluntatem propriam.

Cui Moyſes omnia tribuit, & ex ea inuentionem primæ materiæ, diſpoſitionem planetarum & elementorũ formam, cuiq; datam eſſe credit. * Erroris igitur illorũ cauſam eſſe credo huius principij ignorantiam mũdum eſſe recẽs ita creatum à Deo & Deum quando mundum fuiſſe. quô ignorato multa ab eo extra medicinæ materiam ineptè & falſo diſputata ſunt contra Moyſem cui nos aſſentire, & credere perpetuò uolum9. * in ſumma illorum omnis philoſophia his duobus conſiſtit. Deum nil uelle fieri, quod ſit impoſſibile in natura, hoc eſt, Deum ſtupendas res miraculoſas ultra quam natura ſoleant fieri, nunquam facere uelle nec poſſe ſi uelit, ut ex ligno, uel ex lapide, uel ex oſſe, uel ex nihilo naſci, aut plã

tam,

tam, aut hominem, seu contra ex homine, & carne facere lapidem & statuã subitò, quale quid accidit in uxore Loth. Credimus id non ut Galenus. non posse fieri, quæ non sit ex his, quæ fieri posśint, sed ut Moyses omnino ita esse, quæ Deus uoluit & quæ potest quicquid uult. Alterum eorum est dogma Deum, quæ nouit omnia qua sunt bona, inter ea quæ fieri possunt semper, quod melius est eligere, & hac ratione pilos in palpebris non ex carne omnino, quæ non erat bonum ut promissius creuissent, & impediissent uisum, neq; ex ossibus, quæ fieri non poterat, etiamsi uoluisset non magis, quàm ex lapide triticum non fit, sed ex chartilaginea pelle oriri, quæ id poterat fieri, & erat melius. Rursus de fide hominibus habenda, hoc monere libet nemini quãlibet perito, uero aut bono quicquam tale esse continuò credendum, quale dicit se uidisse aut expertum esse, siue is sit solus, siue multi idem affirment, antequam diligenter id

ter id ex quisieris. Idq; præsertim ubi rixari aduersus aliũ uides: tum enim multa etiam falsô multi dicunt, quæ aliter habere sciunt. Galenus igitur aduersus Aristotelem ubiq; contendit, tres esse principes animalis partes: primas, quarum nulla ab alia aut uim, aut robur suum accipiat. Cerebrum, cor & hepar. Aristoteles uerò co esse fontem à quo cætera membra motum & uirtutem hauriant, non solum uenter, caput, tibiæ, sed etiam cerebrum, hepar, pulmo, &c. Iam uerô alij quidam ante me pro Aristotele sententiam tulerunt aduersus Galenum, imaginationis, memoriæ, motus sensusq; principium unicum esse cerebrum, & non cor asserentem.
In 2. de placit. Hipp. & Plat. adeoq; id exemplo sacrarum uictimarũ etiam corde exenterato fugientium ac uocem edentium confirmant.

Cui planè in 5. de locis aff. Ipse contradixerat, Vbi rectè asseruerat non posse fieri, quin pateretur cor ipsum, ubi mors accederet, & intemperiem

cęterarum partiũ non continuò mortem sequi, sed organicarum, ex quibus præcipuum est cor, quæ si uera sunt omnia, cui credemus? ad primũ igitur quod attinet, animalia uictimarum etiam sublato corde, currere & boare, nec cadere, nisi effuso toto sanguine, si simpliciter intelligendũ est, ergo & uenis cõstrictis, & suppr̃esso sanguine poterũt etiam uiuere sine corde. Ac non est ita, imò ex corde affecto moriuntur. Quod uerò eo remoto, etiam moueantur & sentiãt inde est, quia perpetuo motu uirtus à corde ad caput & cæteras partes transmittitur, ibiq; aliquandiu uiget, dum alia subijcitur quod si non subijciatur, tum deficiẽte illa etiam pars moritur, & cadit animal: quemadmodũ in fontibus riuulis uidetur. Quãdiu scaturigo fluit, etiam riuulus noua aqua alluitur & uiuit: at ea obturata aliquandiu post remanet in riuulo quidem aqua, sed paulatim nõ affluente, alia exiccatur & perit.

FINIS.

IO. D.A.

IO. DAMASCENI APHOrismi ad filium.



Eus arceat te (fili amantissime) à uia erroris, & in uia salutis ac uirtutis conseruet, meumq; in te desiderium, & tuum in me obsequium dignetur perficere. Aphorismos tibi scribere quos petieras à me non alia de causa distuli, q̃ ut animi tui in me & eorum studium tentarem uoluntatem, eos uerò quoniam hanc ego iam satis cognitã habeo, tibi mitto. Cæterùm hanc nostram moram, si forte iam cœpisti, desine fastidire. Siquidem maiores nostros sæpe impatientes arguisse nosti, & nostram in te beneuolentiã & studium præ omnibus iam præsentire potuisti. Vale. Deus te item conseruet & animum tuum ad seruorũ suorum utilitatem pro diuina uoluntate sua instituat.

Accipe fili, primûm amplissimos esse

esse, medicinæ campos, & in ijs tantum ex libris non etiam ex indagaci, & diligēti industria ac sedulitate uersari, plus molestię quam utilitatis adferre. Indagax autem ingenium & sedulitatem plurimum iuuare artem. Et ueterum doctorum lectionem ac secretorum cognitionem augere scientiam.

2 Vita breuis, eorum autem quæ ē terra gignuntur omniū cognitio longissima. Tu q̄ in his palàm sunt, quæqûe in dubitationem nō ueniunt, & quæ probatis maximè teneto. cætera seu controuersa, seu incerta relinquito, necq; te etiam sapientum huiusmodi dicta conturbent.

3 Qui luxuriæ & uoluptatibus dediti sunt medicinæcq; & philosophiæ, & cæterorum artium fundamēta negligunt, ijs non est habenda fides, in his maximè quibus Aristot. & Gal. consentiunt. Nam in quibus dissentiunt difficilis est ueri ratio.

4 Humana natura non potest non deperdere aliquid medicaminis, pręsertim

ſertim attenuantibus.

5 Animal ex frigido & humido nutrit:at ex calido & humido uiuit.

6 Virtutes naturales & ſpirituales una eademq́ uirtus eſt:ſed pro uarijs ſubiectarum partium officijs, uaria ſortitur nomina.

7 Temperamentum naturæ re ipſa ſeparari non poteſt à ſubiecto, at deriuari poteſt. Sicuti ab auis & parẽtibus quædam uicia & animi, & corporis in filios deriuantur, & maximẽ morbus diuturnus ſi in principie quadam parte conſtiterit.

8 Medicamen temperamento corpori uicinum & amicum ſi ſimul odore eſt, nutrimentum quoque optimum & familiariſſimum erit.

9 Corpus & anima ita à natura cõparata ſunt, ut nõ niſi iuncta hic ſubſiſtant. quo cauendum eſt ne medicamen ualentius detur, quod poſſit ſeiungere.

10 Temperies corporis figuram & tẽperiem nerui ſequitur, quare in propinãdo medicamento fugere oportet

portet quod eam dissoluat.

11 Id tibi primũ curandum, ut naturam iuues & reficias, hac enim neglecta, nil profeceris si deficere sinas. Quarẽ medicamen stringens & odorum, temperamento corpori proximum reficiendis partibus principibus prodest.

12 Hepar & uentriculus in numero sunt eorum, quæ naturæ fouendæ ac nutriendæ sunt præcipuè idonea, quocirca his læsis, naturæ etiam cursus minuitur.

13 Calidi morbi sunt frigidis læthaliores propter ignei motus uehementiam.

14 Si quid corpori acciderit non est dandum quod principibus partibus noceat, hoc modò enim parum proderis.

15 Vitia animi sequuntur corporis temperamentum, cùm igitur corpus offendetur, præcipuè si partibus illis principibus, medicamenta animæ propria dare memineris: utpote quibus recreetur, uisu, auditu, gustu,

&c. hæc enim bona medicamentorum pars censetur.

16 Medicamenta, eaq́ maximè, quæ summo capiti sunt profutura sub somnum sunt propinanda, ut natura interioribus tantum intenta, facilius ipsa purget. Item quæ morbo iam uehementer aucto præcipuarum partium, adhibentur. partis temperamento quàm fieri potest maximè similia esse oportet, aut certè, quæ eam nutrire possint.

17 Medicamenta contraria cōtrarijs depellendis adhibenda idonea, non temperamento semper. eadem.

18 Gracilibus exhaustis, & siccatis, neq́ medicamenta, neq́ nutrimēta danda sunt, nisi quantum & qualia ferre natura possit.

19 Medicamenta tibi sunt certa & pauca usurpanda, eaq́ quibus maximè usu fidere possis. Nam si uolueris multa assequi, multiplici sensuum uarietate eò uenies, ut nulli confidere tutò possis.

20 Varia est rerum natura & qualitas,

tas, quidam enim earum ui affici crediderunt, quod natura per se efficebat: quare uidendum est semper, ut hanc maximè sequaris.

21 Natura hyeme & uere plus humorum intra corpus colligit, quàm æstate nec autumno. Quare ijs temporibus medendum pro ratione naturę semper erit.

22 Morbi frequentia in principib. partibus, corporis dissolutionē prænunciat. Quare sic affectos calfacere & naturam sustinere, quàm maximè oportet potius quàm solutione uentris aut uomitu uti. Neutrum enim sine detrimēto adhiberi potest. Quod si solui humores patiuntur, soluantur quidem, sed fluxio ad principes partes uitetur.

23 Tumorem innatum ex morbo conualescentibus expellere semper curato, ne si intrò compellas partes principes afficiat.

24 Sanguinem pro climatum detrahere oportet, quinto quidem & sexto plus, primo uero 2. 3. quarto,

aut septimo minus.

25 Cibaria conualescentibus etiã contraria permittendũ, sed priùs qualitatem noxiam minuere oportebit.

26 Spem promittere ægroto, etiãsi desperes de curatione. Affectio.n. animi sperantis naturam ut plurimũ iuuat.

27 Medici indocti, & adolescentes luxui deditі, ut plurimum homicidæ.

28 Aegrotum sciscitari nõ solùm, quæ extra accidunt, sed quę intra pudere non oportet. Vrina enim ubi morbus intra uenas existit, ut plurimum fallit.

29 Aegroto in memoriam reuocare, quæ antè morbis cupere noueris, aut in quibus delectari sit solitus adducere, multum aliquando profuit, quare hæc diligenter tibi sunt inquirenda.

30 Paralyticos multum iuuat, adolescens puella lateribus apposita, caloris naturalis causa.

31 Ex duobus medicamentis æquali-

qualibus, ſemper quod leuius eſt eli-
gendum.

32 Medicamenta temperamento naturali ægrotantis proxima eſſe cõuenit, ne ſi fortè ſint uehemẽtiora, ea deijciant naturam potius, quàm iuuent.

33 Antequam purges, mouendi ſunt humores & reſoluendi, aut medicamento cum bario, aut cibo medicamentoſo. Tum ieiunis medicamẽ purgans propinandum.

34 Theriaca reſoluendis humoribus eſt aptiſſima, ſed pueris, ſiccatis, & ſenibus minus prębendam, quàm cæteris.

35 Morbi acuti minus in iuuenibus, quã ſenibus metuendi. Illi enim nutrimẽta citiùs in ſimilitudinẽ uertunt. Si uerò ob defectum caloris acumen morbi ferre non poſſunt.

36 Labori & exercitio aſſuetos minus offendunt dolores morborum: ſiquidem labor, & exercitium ipſum quidã dolores ſunt, quos niſi ſuperet morbus qui accidit, non grauiter afficiuntur.

37 Conuulsio epileptica, ijs adolescentibus, qui in 1. 2. 3. & quarto climatibus habitãt, ferè fit ex caloris naturalis & temperamenti inopia. Unde eorum curatio est per calida & tẽperata.

38 Purgationi capitis cerebri aut sensuum, pilulæ maiores sub somnũ post cœnam adhibentur.

39 Principibus corporis partibus siccatis aut ex natura imbecillib. nõ sunt medicamenta in summo gradu purgantia, sed moderatè calida & humida adhibenda.

40 Humidiori uentriculo, tenuẽ puluerem damus ut confirmetur.

41 Clystere purgamus eos, qui ex siccatis aut defectis principibus partibus laborant.

42 Omne purgans medicamentũ necessariò choleram flauam mouet. Propterea quadragenaria atq; seniorum purgationi nil tale ad miscendũ erit.

43 Simplicia inter se mixta, faciũt in corpore singula pro uirib. suis officium,

ficium, & musculos atque carnem pro se singula gignunt.

44 Infirmum nitendum est primũ in priorem statum reducere, non continuò in exactum & perfectum temperamentum.

45 Singulis morbis si cum sibi medicamen commodum ex ingenio, & industria excogitare, id uerò ad artis medicæ profectionem accedit.

46 Nihil eorũ quæ sub lunari globo sunt posita ad eundem, quo principiò fuerit natum, statum reuerti potest. Corpus enim humanum in perpetuò fluore est.

47 Omnis febris ex calore præter naturam est, sed pro materia differũt ægritudines. Quapropter ei, qui ex flaua bile febricitat, uehementia, qui uero ex atra, remissiora & lentiora adhibenda sunt medicamenta.

48 Membrum semel uel morbo, uel casu quodam læsum, nunquã ad priorem naturam, seu constitutionẽ reducetur.

49 Filij, parentum morbum, maxi

mē diuturnum & imbecillitatē membrorum præcipiorum hæreditant: quanquam minus uehementem, pręcipuè ubi alter parētum fuerit ſanus.

50 Nulli medicorum citò habenda eſt fides, niſi ſit & ætate, & experientia multa probatus.

51 Vrina morbi diuturni, urinæ hominis ſani ſimilis, ſi eadem qualitate permanſerit, reſtitutionem ſanitatis non prænunciat.

52 Medicum mediocriter habere ſe oportet, ita ut nec mundum ſpernat prorſus, nec omninò ſequantur.

53 Mulier in dextra matrice concipiens raro fœminas pariet.

54 Si medicamen catharticum ſeu purgans uterum gerenti pręebitur, principes infantis partes perpetuò debiles erunt.

55 Verna aēris mutatio ſi ex humido in ſiccum fiat, gignuntur æſtate proxima puſtulæ, febres, Phreniti des & abſceſſus, nullo medicamento purganti curabiles.

56 Quemadmodum ex humorū pleni-

plenitudine fiunt morbi, ita & ex inanitione, atq; inopia, id uerò ſæpe medicos fallit.

57 Mutatio ſtellarum in longitudinem aut latitudinem, nec uitia, nec conſuetudines mutat.

58 Naturæ hominum, temperamenturæ, cibi, medicamenta & uitia, pro interſtitio regionũ differunt: adeò ut quæ in una, ſecũdo gradu ſint calida, in alia, ad quartam gradum aſcendant.

59 Emplaſtra atq; unguenta qualitati & temperaturæ, membrorum quibus applicãtur, uicina quàm maximè poteſt fieri debent.

60 Atram bilem in pueris ualido medicamento purgari non cõuenit. Vaſa enim in ijs adhuc ſunt parua & uires imbecillæ.

61 Sola diæta medicari ſi poteſt, à potione abſtinendũ eſt. Hic enim tutius & melius erit.

62 Vomitum aut uentris ſolutionem, poſt diuturnam intermiſſionẽ erumpentem, ne ſubitò reſtringito.

63 Ha-

63 Habitus & uapores duo sunt, cum ferè unum esse tātùm credant.

64 Cuius urinam non prænoueris sani, uix ægroto commodum parabis medicamentum.

65 Delirantibus ex frigiditate & siccitate cerebro inuectis, tumum, oderem calidum & humidum, subministramus, intus forasq;. Nonnunq; uerò etiam ad iram excitamus, ut inde calefiat corpus.

66 Qui uenam secare quadragenarij quater in anno consueuerunt, quinquagenarij ter, & sexagenarij semel. Postea uerò, ne semel quidem debent.

67 Senes à quadragesimo anno Cephalicam, à quinquagesimo medianam, à sexagesimo basilicam incidere desinant.

68 Iuuenes sectioni uenæ assuefacti, si frigido sint temperamēto, post sexagesimum in frigidam & siccam naturam abeunt.

69 Vires uegetant membra, & uicissim mēbra uires, his enim constantibus

tibus illa quoque constabunt.

70 Qui à iuuenibus parentibus nati sunt semper bene constituta mẽbra habent, contra uerò à senibus & imbellibus iudicandum.

71 Qui aromata & odores abhorrent, corruptioni sunt proximi.

72 Quibus regionibus ex uento nubes fiunt, in his ferè coryzę & grauedines gignuntur sæpius.

73 Muscę numero abundãtes, putridos morbos prænunciant.

74 Ieiunium æstate corpus exiccat, colorem flauum inducit, melancholiam gignit, & uisum offendit.

75 Quibus inualidæ sunt uires, principes quoque partes morbosæ, & iniurijs quibuslibet obnoxiæ.

76 Regionũ uarietas, solis recessus, tẽporũ mutatio uaria quoque corporum temperamenta faciunt: ut Aegyptijs, quæ bis hyemen & æstatem habent fructuum copia est, memoriæ & ingenij subtilitas &c.


Conclusio.

Accipe igitur (fili charissimè) quos petie-

petieras Aphorismos. atque ex his fideliter & cum iudicio non temere discito mederi. In his enim paulò sudaui amplius, ut tutò ijs credi posset, quòd ad alios quoque pertinere existimabam. Veritatem uerò te præ omnibus diligere credo, quod te facere semper cupio, atque etiam si dignũ est oro. Congratulor profectò tibi de traductione tua in Galeni artem Medicam qui liber, omne medici opus continet: gratiasque Deo Opt. Maximo ago, quod te tanti authoris æquum traductorem esse uoluerit. Vale.

Finis Aphorismorum Ioan. Damasceni.

BASILEAE,
EX OFFICINA HENRIC
PETRINA, Anno Salutis,
M. D. LXXIX.
Mense Martio.



Alsesius p. 288

m

3